



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

Fargna, Francesco de

Romæ, M. DCC. XIX.

Canon Unicus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72172)

I

I N C A N O N E M
U N I C U M
D E J U R E - P A T R O N A T U S

*Desumptum ex Sexto Decretalium
tit. 19. lib. 3.*

C O M M E N T A R I A .
P A R S T E R T I A .

Canon Unicus.

B O N I F A C I U S V I I I .

SI Laicus Juspatronatus Ecclesiæ sibi competens eidem, vel alteri Ecclesiæ, seu loco Religioso duxerit conferendum, hujusmodi collatio, quamvis absque assensu Episcopi facta fuerit, efficax est censenda. Per præfatam tamen collationem Juri Episcopi, qui eidem assensum non præbuit, nolumus in aliquo derogari.

Verùm licet Patronus Laicus ad præsentandum, tempus habeat quadrimestre dumtaxat: Ecclesia tamen, vel Monasterium, cui facta est à Laico Juspatronatus collatio, tempus habet semestrem. Et omninò quantum ad præsentationem pertinet, non ut Patronus Laicus, sed ut Patronus debet Ecclesiasticus reputari.

COMMENTARJUM

EX hoc Canone sequentes deducuntur conclusiones.

Prima : PATRONUS LAICUS POTEST DONARE ECCLESIE, SEU LOCO RELIGIOSO JUSPATRONATUS, ETIAM SINE CONSENSU EPISCOPI; ET TUNC JUSPATRONATUS EVADIT ECCLESIASTICUM.

Secunda : PATRONUS LAICUS AD PRÆSENTANDUM HABET QUADRIMESTRE, ECCLESIASTICUS VERO SEMESTRE.

Ità Glos. Monach. Gemin. Archid. hic, Abb. in cap. de Monach. de Præben. num. 13., Lambertin. de Jurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 5. art. 5. per tot., Paul. de Cittadin. eodem tractat. par. 6. art. 3. num. 34., Vivian. eodem tract. par. 2. lib. 7. cap. primo, Bonden. colluct. Legal. 13. num. 1. tom. 1., Antonell. de tempor. Legal. lib. 3. cap. 5. num. 1., Perez de Lara de Annivers. & Cappellan. lib. 2. cap. 9. num. primo, Amostaz. de Caus. piis lib. 3. cap. 13. num. 18., Garz. de Benefic. par. 10. cap. 2. num. 6., Capon. discept. 74. num. 17. tom. 2., Barbof. de Offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 72. num. 126., Garz. de Benefic. par. 5. cap. 9. num. 209., Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 64. num. 3., Rot. in Senogallien. Beneficii 23. Aprilis 1703. §. Etenim coram bo: me: Muto, & in Hostunen. Beneficii 28. Martii 1710. §. Verùm etiam coram R. P. D. Ansaldo.

Tempus hoc præsentandi fuit à Summis Pontificibus statutum favore publico, nimirum ne Patroni haberent effrenatam libertatem procrastinandi præsentationem ad quodcumque tempus eis benè visum in grave præjudicium, quod Ecclesiæ, & Loca Sacra patiuntur ob diutinam eorum vacationem, *Bald. consil. 1. num. 6. volum. 3.*; Ratio autèm quare Patrono Laico concessum fuit tempus quatuor mensium ad præsentandum, Ecclesiastico verò sex mensium est illa eadem, quam superius dedimus *Par. II. Canon. IX. X. XI. in Comment. num. 2.*; Nimirum quia Patronus Laicus habet Jus variandi, & plures accumulativè præsentandi, quod fuit denegatum Patrono Ecclesiastico, ideò ad faciendam compensationem Patrono Laico conceditur quadrimestre, & Ecclesiastico semestre, *Lambertin. de Jurepatr. lib. 2. par. 2. quæst. prima art. primo num. 7., Perez Lara de Annivers. & Cappell. lib. 2. cap. 9. num. 10.*; Sed quia fugit irrevocabile tempus.

Non secus ac Flumen, neque enim consistere Flumen

Nec levis hora potest, sed ut Unda impellitur Unda.

Urgeturque eadem veniens, urgetque priorem.

Tempora sic fugiunt paritèr &c.

ut cecinit *Ovid. Metam. lib. 15.*; Ideò Patronus debet esse sollicitus, & attentus in explendo suam præsentationem, nec permittere, ut sibi tempus hoc à Jure assignatum aufugiat, aliàs provisio Beneficii liberè devolveretur ad habentem instituire, ut dicam *infra Casu sequenti.*

Quoad primam conclusionem jam quamplures casus examinavimus supra *Par. II. Canon. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX.*, ex quibus illam deduximus; quoad verò secundam, quæ etiam probatur ex *Canone III.*, & ex *Canone XXIII.*, & *XXIV.*, de quibus supra *d. Par. II.* sequentes examinantur Casus.

ARGUMENTUM.

Terminus à Jure, vel ab Homine in limine foundationis præfixus Patrono ad præsentandum, à quo die incipiat currere, & an sit fervendus in Cappellaniis merè laicalibus.

SUMMARIUM.

- 1 Patronus nisi præsentet intrà terminum à Jure statutum, Provisio Beneficii liberè devolvitur ad Ordinarium. Limita, ut num. 2. & 3.
- 4 Præsentatio facta extrà tempus à jure præfixum, nullum jus tribuit præsentato, nec impedire valet devolutionem Beneficii ad Ordinarium.
- 5 Collatio Beneficii facta à Collatore, elapso semestri, nullum jus tribuit.
- 6 Clementina Cùm ei de concess. præben. in quo sensu loquatur? vide num. 21.
- 7 Terminus à jure assignatus ad præsentandum incipit currere non à die vacationis, sed à die veræ, & certa scientiæ vacationis Beneficii, & num. 33. & 34.
- 8 Ignorantia supina, crassa, & inverisimilis vacationis non attenditur.
- 9 Quodlibet impedimentum impedit cursum temporis Patrono ad præsentandum, & Collatori ad conferendum.
- 10 Regi, aut Principi Supremo, quantumcumque scienti non currit tempus ad præsentandum.
- 11 Terminus à Fundatore præfixus ad præsentandum incipit currere à die scientiæ vacationis.
- 12 Pœna devolutionis fuit introducta ad effugiendam, & compescendam negligentiam Patroni in præsentando.
- 13 Ignorantia vacationis Beneficii, & quodlibet impedimentum præservat jura Patroni à devolutione ad Superiorem.
- 14 Enumerantur impedimenta, ob quæ tempus præsentandi Patrono non currit, & num. 15. & 16.
- 17 Præfixio termini unius mensis ad præsentandum per Fundatorem indicta primo instituto in Jure patronatus, an censeatur repetita quoad substitutos.
- 18 Scientia Compatroni nocere non potest in

Pars III.

- præsentando alteri Compatrono ignorantæ vacationem Beneficii.
- 19 Ignorantia unius Patroni impedit devolutionem ad Ordinarium, & jus præsentandi conservatur in ipso, aliis propter scientiam exclusis.
- 20 Textus in cap. Statutum de præben. in 6. fuit derogatum per Extravag. Pix sollicitudinis de præben.
- 22 Scientia vacationis Beneficii in Patrono est ab eam allegante concludenter probanda.
- 23 Scientia vacationis Beneficii ad effectum devolutionis probatur in Patrono ex præsumptionibus, & conjecturis; Et quæ sint ista conjecturæ? Vide num. 25. 26. 27. 28. & 29.
- 24 Si vacatio Beneficii fuit ad eò notoria, ut appareat summa negligentia in Patrono eum ignorante allegantis, tempus incipit currere à die, quo scire debuit, & verisimiliter potuit.
- 30 Terminus juris, ad præsentandum non est fervendus in Cappellaniis merè laicalibus.
- 31 Litera Apostolica in omnibus justificata sunt exequenda.
- 32 Beneficium esse patronale probatur ex assertionem Episcopi.
- 35 Ad convincendam scientiam in Patrono, an satis sit Edictum, quod per Ordinarium ad valvas Ecclesie affigitur.
- 36 Patronus absens, quando est notus Ordinario, est specialiter citandus.
- 37 Ignorantia vacationis probatur medio juramento Patroni.
- 38 Regula 35., & 36. Cancellariæ effectum suum operari non valent sine aliquo titulo saltèm colorato, Amplia ut num. 39.

CASUS I.

Reservavit quidam Testator Juspatronatus Beneficii, post ejus mortem statim de propriis Bonis erigendi, favore sui fratris, cui præfixit terminus unius mensis ad præsentandum Rectorem à die sui obitus, & in ejusdem Fratris defectum substituit illos de familia A. quibus omnibus voluit insolidum competere idem Juspatronatus; Defuncto Fratre Fundatoris, & facto loco substitutioni favore eorum de dicta Familia; vacavit interim, nimirum die prima Januarii 1718. præfatum Beneficium; Tres ex illis de familia morantes

A 2

rantes

rantes in loco Beneficij, & hujus vacationis optimè conscij nullam expleverunt præsentationem: adeò Ordinarius post lapsum quadrimestre de dicto Beneficio liberè providit quemdam Clericum; E contra alius de eadem familia, utpotè distans à loco Beneficij, hujus vacationis prorsus ignarus, certior factus die prima Junii ejusdem anni, paulò post paucos dies præsentavit ad prædictum Beneficium Clericum idoneum, & habilem, & instetit coram Ordinario pro illius Institutione; Quæritur an hujusmodi Clericus præsentatus ab eo de dicta familia, sit instituendus, amoto liberè Provifo per Ordinarium, vel potiùs hic sit manutenendus in possessione Beneficij.

Respondendum videtur liberè Provifum per Ordinarium Juri devoluto esse in hoc casu manutenendum in possessione Beneficij, & præsentatum à præfato Patrono nullatenùs esse instituendum; Vacato namque Beneficio, Patroni non solùm non observarunt legem sibi præscriptam à Testatore, præsentandi nimirum intrà mensem à die ejus obitus, cujus mensis præfixio, ad præsentandum licèt legatur directa ejus Fratri primo instituto in Jurepatronatus, censetur tamèn etiam repetita in eis de familia substitutis, verùm etiam nec observarunt terminum à jure Patronis Laicis præfixum; dum negligentes, & de proprio jure parum curantes, nec præsentarunt intrà mensem, nec intrà quadrimestre; validè proindè potuit Episcopus jure devoluto liberè conferre hoc Beneficium; cùm clara sit juridica illa propositio, quod non præsentante Patrono personam idoneam intrà terminum à jure statutum, provifio Beneficij liberè devolvatur ad Episcopum, juxtà Textum expressum in *cap. Sicut de supplen. neglig. Pralat.*, ibi -- *Sicut nobis tua fraternitas intimavit Monachi quidam, & Canonici Regulares, Ecclesias, quæ ad præsentationem eorum pertinent, in tuo Episcopatu habentes, propriis usibus deputare nituntur, nec volunt ad eas, cùm vacauerint, vocare personas: quin potiùs occasione concessionis quorundam Episcoporum, Vicarios in eis pro sua instituunt, & destituunt voluntate: ad minus ità pensonibus onerantes, quod nec Ecclesia competenter possunt in paupertate nimia deseruire, nec Episcopo*

in Episcopalibus respondere: neque hospitalitatem (sicut convenit) transeuntibus impertiri; Nolentes autèm, ut status Ecclesie debitus, & antiquus, per insolentiam alicujus subvertatur; mandamus, quatenùs (nisi à Jurisdictione tua exempta sint supradicta Ecclesia) prædictos excessus studeas rationabiliter emendare. Et nisi prædictæ persone infra tempus in Lateranen. Concilio constitutum, ad vacantes Ecclesias, tibi personas idoneas præsentaverint: ex tunc tibi liceat (appellatione remota) in eisdem ordinare Rectores, qui eis præesse noverint, & prodesse: ità tamèn quod ex hoc nullum Patronis præjudicium in posterum generetur -- quem sequuntur Fras. de Reg. Patronat. Indiar. cap. 33. num. 46., Vivian. de Jurepatr. lib. 12. cap. 3. num. 4., Barbof. de potest. Episcopi par. 3. alleg. 72. num. 126. & seqq., Amosbaz de caus. piis lib. 3. cap. 13. num. 18., Capon. discept. 74. num. 19. tom. 2. Rot. in Senogallien. Beneficij 23. Aprilis 1703. §. Quod autèm coram bo: me: Muto, & in Gerunden. Beneficij 3. Junii 1712. §. Minimè coram R. P. D. Falconerio, & juxtà superiùs deducta Par. II. Can. III., & Can. XXII. XXIII. & XXIV. in Commentario. Nisi Ordinarius renunciando juri suo admittat præsentationem quamvis factam extrà terminum, Vivian. de jurepatr. lib. 7. cap. 6. num. 13., Card. de Luc. eod. tractat. disc. 64. num. 16., Barbof. de offic. & potest. Episcopi alleg. 72. num. 143. & seq.; Vel nisi alitè fuerit à Fundatore dispositum in limine foundationis, quia si Fundator disposuerit, quòd si Patronus intrà tempus à jure præfixum non præsentaverit, alter ad hoc per ipsum nominatus, præsentet, jus liberè conferendi non devolvitur ad Episcopum, sed ad alterum per Fundatorem substitutum devolvitur præsentatio. Card. de Luc. ubi supra num. 14. Perez Lara de Annivers., & Cappell. lib. 2. cap. 9. num. 26. & seqq., ubi num. 8. dat rationem, quia cùm Testator providerit de remedio in casu negligentia, illo est utendum.

4 Nec est attendenda præsentatio ab uno ex supradictis Patronis expleta, quia cùm Beneficium vacaverit die prima Januarii, & illa fuerit facta mense Junii, & sic elapso non solùm uno mense à Fundatore præfixo ad præsentandum; sed etiam quadrimestre à jure præscripto Patronis Laicis

Laicis, nullum jus tribuit præsentato, nec impedire valet devolutionem Beneficii ad Ordinarium, *Lap. alleg. 75. num. 3. & 6.*, *Lambertin. de jurepatr. par. 2. lib. 2. quest. prima art. 22. num. primo in fin.*, *Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 6. num. 35. & seq.*, *Rot. decis. 665. num. 8. par. 18. recen.*, & in *Romana Cappellania 25. Novembris 1707. §. Verùm coram Eminentissimo Scotto*, & in *Augustana Canonicatus 20. Martii 1716. §. Procedendo coram R. P. D. Crispo.*

5 Eodem modo, quo nullius momenti est nec ullum jus tribuit obtinenti Beneficium, collatio illa; quæ fit à Collatore Beneficii, elapso semestri, ad *Text. in cap. Dilecto de supplen. neglig. Prælat.*, ibique *Gonzal. num. 8.*, & ceteri scribentes *Lotter. de re Benef. lib. 2. quest. 24.*, *Garz. de Benefic. par. 10. cap. 2. num. 34.*, *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 3. proæm. num. 4.*, *Barbos. de offic. & potest. Episcopi alleg. 126. num. 80.*; Haud urgente oppositione, quod Patronus ille, qui præsentavit non habuerit notitiam vacationis Beneficii, nisi in mense Junii; Quia terminus à jure præscriptus ad præsentandum currere videtur à die vacationis Beneficii, non verò à die illius scientiæ, ut statuitur ex *Textu in cap. Statutum de præben. & dignitat. in 6.*, ibique *Gloss. verb. numerandum*, & expressè tueretur *Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 2. quest. prima art. 8. num. primo*, & *seqq.*

6 Immò cum Beneficiatus mortuus fuerit in loco Beneficii, sibi imputari debet Patronus, si discedens à dicto loco, & abiens in longinquam partem, non constituerit Procuratorem ad præsentandum, occasione vacationis, juxtà *Textum in Clement. Cum ei de concess. præben.*, & *Rot. decis. 1. de jurepatr. in antiquis.*

7 His tamèn omnibus minimè aduersantibus, censeo in hoc casu, amoto liberè prouiso per Ordinarium ab hujusmodi Beneficio, esse in eo instituendum Præsentatum à supradicto Patrono. Præsentatio namque fuit ab hoc exarata paulò post paucos dies à die habitæ notitiæ, seu scientiæ vacationis Beneficii, & sic tempore habili, dum juxtà sententiam hodiè magis communiter receptam, tempus datum à jure ad præsentandum non est continuum, quod perpetuò currat, & à quo non excipiatur aliqua dies prætextu festi, aut absentiæ, infirmitatis, aut alterius

justi impedimenti, sed est utile, quod non à die vacationis, sed à die scientiæ vacationis, & quidem veræ, & certæ, non autèm præsumptæ, vel interpretatiuæ, aut à die non impedimenti incipit currere, & computari, *Fagnan. in cap. Quia propter num. 4. de jurepatr.*, *Garz. de Benef. par. 10. cap. 2. num. 34.*, *Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 72. num. 134.*, *Amostaz de caus. piis lib. 3. cap. 13. num. 24.*, *Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. discipulat. 560. num. 12.*, *Card. de Luca de jurepatr. disc. 64. num. 5.* §. *Contrarium*, & *discurs. 1. num. 5.*, *Virvian. eodem tract. lib. 7. cap. 2. nu. 2.*, *Bonden. colluct. legal. 13. nu. 2. tom. primo*, *Rot. in Barchinonen. Beneficii 26. Martii 1703. §. Quoniam coram R. P. D. Lancetta*, & in *Hofstunen. Beneficii 10. Decembris 1708. §. Tamen coram R. P. D. Crispo inferius legen. confirmata 27. Januarii 1710. §. In factò coram R. P. D. Ansaldo*, & in *Capuana jurispatronatus 10. Junii 1709. §. Nihilominus*, & §. *Sed inutilitèr coram R. P. D. Aldrovando.*

8 Adedut quælibet ignorantia vacationis Beneficii, dummodò non sit supina, crassa, & inverisimilis, quæ non attenditur, *Garz. de Benefic. par. 10. cap. 2. num. 30.* & *seq.*, *Virvian. de jurepatron. lib. 14. cap. 6. num. 12.* & *seq.*, *Card. de Luc. eod. tractat. disc. 64. sub num. 5.*, *Rot. decis. 377. num. 3. par. 3. rec.*; Et quodlibet impedimentum impedit cursum temporis, Patrono ad præsentandum, & Collatori ad conferendum, *Text. in cap. Quia diversitatem de concess. præben.*, ibique *Fagnan. num. 1.*, & *8.*, *Garz. de Benef. par. 10. cap. 2. nu. 17.* *Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 72. nu. 138.*, *Pignatell. consult. 37. nu. 1. tom. 2.*, *Rot. decis. 506. num. 8. par. 18. rec.*, & in *Augustana Canonicatus 12. Januarii 1703. §. Siquidem coram bo: me: Molines*, & in *Barchinonen. Beneficii 26. Martii ejusdem anni §. Hinc paritèr coram R. P. D. Lancetta.*

10 Quibus de causis nullum tempus dicitur currere, quando agitur de Jurepatronatus Regio, eo quod semper supponitur Reges, & Supremos Principes probabili esse impedimento detentos, *Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 72. num. 137.*, *Card. de Luc. de jurepatr. discurs. 1. num. 6.*, & *disc. 64. num. 13.*, *Solorzan. de jur. Indiar. lib. 3. capit. 3. num. 49.*

& 50., *Salgad. de Regia protect. par. 3. ca-*
 11 *pit. 8. num. 43. & seq.*; Et quidem quod
 tempus incipiat currere non à die vaca-
 tionis Beneficii, sed à die scientiæ vaca-
 tionis procedit non solum quando agitur
 de quadrimestre, aut semestre à jure Pa-
 tronis præfixo, ad præsentandum, sed
 etiam de quolibet alio tempore, quod
 Fundator fervari voluerit à Patronis ad
 præsentandum; ut in terminis terminan-
 tibus Fundatoris, qui mandet præsentationem
 adimpleri intrà tale tempus decurrendum
 à die vacationis, quod hoc tempus nihilominus
 non currat à die vacationis, sed à die scientiæ,
 & notitiæ ejusdem vacationis, fusè firmat
de Marinis resol. jur. lib. 1. cap. 300. nu. 6. & seq.,
Antonell. de tempor. legal. lib. 3. cap. 15. n. 3.,
Corr ad. in prax. benef. lib. 4. c. 2. n. 74., ibi --
 Etiam si tempus præsentandi esset à Testatore
 præfixum, namque ipsius voluntas semper
 intelligitur secundum juris communis
 dispositionem, nimirum quod tempus sit
 continuum à die scientiæ vacationis -- *Rot. coram*
Verall. par. 3. decis. 248. num. 4., ibi --
 Et licet Testator præfixerit tempus ad præ-
 sentandum, quod videtur esse iam dictis
 contrarium, quasi non debeat attendi scientia,
 vel ignorantia vacationis, quia respondetur,
 quod voluntas Testatoris intelligitur
 secundum juris dispositionem.

Unde cum supradictus Patronus habuerit
 notitiam vacationis Beneficii solum die
 prima Junii, ab hoc die incœpit ipsi
 currere tempus ad præsentandum non
 verò à die prima Januarii, quo Beneficium
 vacavit, & cum paulò post præsentaverit,
 ejus præsentatio est valida; & è contrà
 provisio liberè facta ab Ordinario
 12 jure devoluto sustinere non potest, ea-
 ratione, quia cum pœna devolutionis
 fuerit introducta à Sedis Apostolicæ
 vigilantia ad effugiendam, & compescendam
 negligentiam Patroni in præsentando,
Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 5. præm.
num. 144., *Pax Jordan. var. elucubr. lib. 10.*
tit. 12. num. 3., *Ros. de execut. liter. Apost.*
tom. 2. in Addit. ad par. 1. cap. 7. num. 189.
 & *num. 204.*, *Rot. decis. 134. sub num. 14.*
coram Cerro, & *in Forolivien. Canoniciatus*
Theologalis 25. Junii 1700. §. Potissimè co-
 13 *ram R. P. D. Ansaldo*; Ignorantia vaca-
 tionis Beneficii, & quodlibet non im-
 probabile impedimentum præservat jura

Patroni à devolutione ad Superiorem, *Vivian.*
de jurepatr. par. 2. lib. 7. cap. 2. nu. 7.
seq., *Castropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13.*
de Benef. disp. 2. punct. 5. à num. 3. usque
ad 6., *Azor. Instit. moral. par. 2. lib. 6. cap.*
21. quæst. 10., *Zerola in prax. in verb.*
juspatronatus quæst. 8. vers. hic sunt multa,
Ventrigl. in prax. par. 2. annot. prima §. 3.
num. 28. & seq., *Perez de Lara de Anni-*
vers. & Cappell. lib. 2. cap. 8. num. 35., *Rot.*
decis. 221. num. 11. coram Merlin., & *de-*
cis. 489. num. 2. & seqq. coram Cavalier. &
decis. 64. num. 5. post Tondut. de Pension.
 14 uti esset e. g. Deficientia Personæ, quæ
 velit præsentationem acceptare ob insuf-
 ficientiam reddituum; hujusmodi nam-
 que deficientia esset legitimum impedi-
 mentum, ob quod tempus præsentandi
 Patrono non currit, *Gonzal. in cap. Dile-*
cto num. 11. & seq. de supplen. neglig. Præ-
lat. Vivian. de jurepatr. par. 3. lib. 14. cap. 6.
num. 9. in fin., & alii relati per *Rot. in*
Senogallien. Beneficii 23. Aprilis 1703.
 §. *Nec ad excludendam coram bo; me. Muto.*
 15 Absentia, & carceratio Patroni, *Card.*
de Luc. de jurepatr. disc. 64. nu. 10., *Vivian.*
 16 *codem tract. lib. 7. cap. 2. num. 11.*; Error
 in præsentando, nempe quia præsentatio
 fuerit erroneè facta à Patrono coram alio
 habente instituere, qui error excusat à
 devolutione, vel saltè tribuit restitu-
 tionem in integrum, adedut Patronus à
 die habitæ notitiæ nullitatis præsentatio-
 nis possit novam, & legitimam facere,
Lap. alleg. 95. in fin., *Vivian. de jurepatr.*
lib. 5. cap. 2. sub num. 24., *Card. de Luc. de*
jurepatr. disc. 64. num. 11., *Rot. decis. 99.*
num. 15. par. 17. rec., & *in Romana Cap-*
pellaniæ 25. Novembris 1707. §. Prædictis
coram Eminentissimo Scotto.

Hinc respondendo ad ea, quæ supe-
 rius in contrarium pro ratione dubitandi
 objiciebantur; Præsentatio supradicta
 dici non potest contraria menti Fundato-
 ris, eo quia non fuerit facta intrà men-
 sem à die ejus obitus in limine fundatio-
 nis præfixum ad præsentandum; Etenim
 17 præfixio unius mensis ad præsentandum
 fuit solum directa Fratri ejusdem Funda-
 toris primo instituto, unde non censetur
 repetita pro eis de dicta Familia substitu-
 tis, tum ex regula quod onus injunctum,
 dumtaxat primo vocato non censetur
 quoad substitutum repetitum, *Peregrin.*
de fidei-

de fideicommiss. art. 16. num. 34. & seqq., Mant. de conject. lib. 7. tit. 6. num. 6., Rot. decis. 1520. num. 13. coram Coccin.; Tum quia prefixio illa termini verificabilis non est in substitutis; qui successerunt in Jurepatronatus longè post mensem à die obitus Fundatoris; ut simili objecto respondit Rota in Mediolanen. Beneficii 18. Junii 1708. S. Jusstitia cum seq. coram bo: me: Omaniã.

Non obstat, quod tres de dicta Familia morantes in loco Beneficii, & hujus vacationis optimè conscii nullam expleverint præsentationem intrà quadrimestre, ex hoc enim deduci non valet jus consistendi Beneficium fuisse liberè devolutum ad Ordinarium; Siquidem cum
18 alter Compatronus longè distans à loco Beneficii, ejusdem vacationis per totum quadrimestre fuerit prorsus ignarus, & statim ac habuit notitiam præsentaverit;
19 Scientia illorum Compatronorum huic nocere non potest, sed ejus ignorantia impedit devolutionem ad Ordinarium, & jus præsentandi conservatur in ipso, aliis propter scientiam exclusis, Garz. de Benefic. par. 10. cap. 2. num. 41., Vivian. de jurepatr. lib. 7. cap. 2. num. 13., Capon. dissect. 74. num. 20. tom. 2., Barbof. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 72. nu. 138., Card. de Luc. de jurepat. disc. 64. num. 7., ibi -- Adeoque invaluit hæc secunda opinio, ut probabilis ignorantia impediatur lapsu termini, quod sufficiat illam concurrere in uno ex pluribus, quamvis in aliis probaretur scientia, quoniam ob sæpius insinuatam vacationem individuitatis, ob quam hoc jus residet in solidum penès singulos, in ignorante conservatur totum jus præsentandi, ipseque impedit casum devolutionis -- Adden. ad Buratt. decis. 18. num. 11.

Neque adversatur supra citata dispositio Textus in cap. Statutum de præben. in 6. quia hæc est specialis dispositio respiciens Beneficia vacantia apud Sedem; & quæ idcirco conferenda dicuntur infrà mensem computandum à die vacationis, non à die scientiæ, idque ut citiùs provideatur Ecclesiæ vacanti, juxtà Barbof. in dicto cap. Statutum num. 11. & seq., Pyringb. ad lib. 3. decret. tit. 5. sect. 9. §. 2. num. 328., Zerol. in prax. Episcop. 2. par. in verb. reservatio §. Decimo voto. Ab hac autem dispositione speciali non valet argumen-

20 tum ad hypotheseum nostram præsentem, præterquamquod juxtà receptiorem sententiam Textus in Extravag. Pia sollicitudinis de præben., derogavit d. cap. Statutum; ut docent Passerin. ibi num. 2., Simonett. de reservat. quest. 30. num. 3., Monet. de option. cap. 3. num. 70., Garz. de Benefic. par. 5. cap. 1. §. 1. num. 96. & seqq., Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 5. proam à numero 148. usque ad fin.

21 In nihilo etiam relevante, quod Beneficiatus mortuus fuerit in loco Beneficii, & consequenter, quod sibi imputari debeat Patronus, si præcedenter non constituerit Procuratorem ad præsentandum, juxtà Clement. Cum ei de concess. præben., quia Clementina hæc loquitur in vacatione nota; Nec decis. prima de jurepat. in antiquis, probat intentum, ut in puncto respondit Rot. coram Verall. par. 3. decis. 248. num. 2. & seq., ibi -- Non obstat Decisio prima de jurepat. in antiquis, quia fuit dictum, quod jura adducta in dicta decisione probant contrarium, & Clementina cum ei loquitur de vacatione nota.

Igitur ex supradictis apparet tempus Patronis præfinitum ad præsentandum currere non à die vacationis, sed à die
22 scientiæ vacationis Beneficii. Qui autem præterdit Patronum habuisse hujusmodi scientiam, durum onus habet illam concludenter probare; quoniam præsumptio stat pro Patrono, quod habuerit ignorantiam potius, quam scientiam, dum omninò inverisimile est, quod ipse quatenus conscius fuisset de vacatione Beneficii, potius voluerit, ut collatio liberè devolveretur ad Superiorem, quam gratificare consanguineo, aut alteri sibi beneviso, Barbof. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 72. num. 135., Bonden. collect. legal. 13. num. 4. & seq. tom. primo, Adden. ad decis. 21. num. 19. par. 3. rec., Rot. in Capuana jurispatronatus 19. Junii 1709. S. Altera verò coram R. P. D. Aldrovando.

23 Scientia verò vacationis Beneficii ad effectum devolutionis probatur in Patrono ex præsumptionibus, & conjecturis elicitis ex facti circumstantiis perpendendis prudenti Judicis arbitrio, qui considerata qualitate Beneficii, modo vacationis, locorum proximitate, ac fama ejusdem vacationis, determinare debet diem, quo Patronis vacatio verisimiliter innotescere

- rescere poterat, ut docent *Jo. Andr. in cap. Ex parte in princip. verb. recurrerint de concess. præben., Abb. in cap. Quia diversitatem num. 7. eod. tit., Vivian. de jurepat. lib. 14. cap. 6. num. 12. & seq., Rot. in Spoletana jurispatronatus apud Garz. de Benef. par. 10. cap. 2. num. 34. & decis. 380. nu. 2., & seq. coram Seraph., & in Barchinonen. Beneficii, seu Abbatia 24. Martii 1702.*
- 24 *§. final. coram Eminentissimo Caprara.* Itaut si vacatio aded fuit notoria, ut appareat summa negligentia Patroni eam ignorasse allegantis, tempus incipiat currere à die, quo scire debuit, & verisimiliter potuit, ex ratione, quod paria sunt scire, & scire debere, *Gabriel. conf. 186. num. 9. lib. 2., Rot. decis. 6. de jurepat. in novis, & decis. 7. num. 3. & seq. de præben. in antiqu., & in Burgen. Canonicatus apud Garz. de Benef. par. 5. cap. 4. sub num. 23. vers. vel currit, & decis. 309. num. 2. vers. paria sunt par. 3. rec.*
- 25 Probatur itaque scientia vacationis; Primò, si vacatio contigerit in eadem Diocesi, & loco ubi moratur Patronus, *Card. de Luc. de jurepat. disc. 64. num. 5. & seq., Rot. in Firmiana jurispatronatus impress. apud Pacion. alleg. civil. & canon. al. 26 leg. 26. num. 66.*; Secundò ex publica voce, & fama vacationis, *Rot. in dicta Firmiana jurispatronatus apud Pacion. ubi supra num. 56.*; Tertio ex confessione ipsiusmet Patroni, *Rot. in Vicen. Parochialium 26. Junii 1699. §. Nulla verò coram*
- 28 *Eminentissimo dela Tremoille.* Quarto, si Beneficiatus defunctus sit notus e. g. sit Lector in aliqua Universitate, sit Archipresbyter, Vicarius Generalis, Consultor S. Officii, & aliis præclaris qualitatibus, & honoribus Civitatis ornatus, *Rot. in Pisana Beneficii 24. Januarii 1710.*
- 29 *§. Neque coram Eminentissimo Priolo.* Quinto, si Patronus jure speciali administret bona dotalia Beneficii, & ex eorum fructibus solvat annuam congruam beneficiato, persolvat decimas pro Beneficio, aliasque expensas faciat, *Lotter. de re Benef. lib. 2. quest. 24. num. 16. & seq., Garz. de Benef. par. 10. cap. 2. num. 11. & seq., & alii, quos refert Rot. in Senogallien. Beneficii 23. Aprilis 1703. §. Nullatenus coram bo: me: Muto.*
- Quæro hic, an terminus iste à jure assignatus ad præsentandum observari de-

beat in nominatione ad Cappellaniam merè laicalem.

- 30 Respondeo negativè, quia Canon hic loquitur de Beneficiis Ecclesiasticis, unde extendi non debet ad hujusmodi Cappellania merè laicales, quæ non sunt talia, & respectu quarum non est determinatum à jure tempus ad nominandum, seu præsentandum; & ided jus illas administrandi confertur per solam electionem, seu deputationem factam ab eis, seu majori parte eorum, quibus jus competit ex fundatione; quia in his non habet Episcopus jus instituendi, *Guidopapa decis. 187. nu. 2. Paris. conf. 34. num. 9., Gonzal. in cap. Dilecto de supplen. neglig. Pralat. num. 10., Rot. in Pampilonen. Cappellania 25. Maji 1646. coram Corrado.*

R. P. D. CRISPO.
Hostunen. Beneficii.

Luna 10. Decembris 1808.

Perpetuum simplex Ecclesiasticum Beneficium sub invocatione S. Antonii Patavini de Jurepatronatus Familiæ de Bovii fundatum reperitur in Cathedrali Hostunen., itaut nominati per Fratres de Bovii in antecedentibus vacationibus absque ulia penitus contradictione institutionem ab Ordinario reportaverint; Cùm verò de anno 1701. nova evenisset vacatio, expectato, quod quadrimestre datum à Jure Patronis ad præsentandum fuisset elapsum, Ordinarius de eo, uti devoluto Franciscum Milatium sibi ex Fratre Nepotem providit.

Hujus vacationis prorsus ignarus Abbas Guido Bovius unicus de eo tempore Patronus, uti longè distans à loco Beneficii, cùm in Patria Bononiensi, proprios lares retineat, ac in Urbe moram trahere soleat post cursum quinquennii tantùm certior factus, prævio juramento super ignorantia vacationis præfatæ præsentavit Sacerdotem Bartholomæum Ribes, qui proindè Literis Apostolicis pro præsentato expeditis, eisque coram A. C. Cerro directis illarum executionem obtinuit, posteaque per organum Signaturæ Justitiæ mihi delegata Commissione appellationis cum clausula -- *Parito literis arbitrio* -- ad normam dicti rescripti in hodierna Audientia proposito per me Dubio,

bio, fuit responsum -- *Arbitrium non intrare* -- Bartholomæo tantum informante, altera verò Parte dilationem petente.

31 Literæ siquidem Apostolicæ undique justificatæ remanent, ac signanter circa qualitatem Patronalem, sub qua præcipuè reportatæ deteguntur, atque propterea celerem exposcunt executionem, quin ullum intrare valeat arbitrium pro earum retardatione ad notum *Text. in cap. Si Capitulo de concess. Præb.*, de quo in propria materia de Jurepatronatus, *Rota in Mediolanen. jurispatronatus 14. Februarii 1701. §. Fundamentum coram R.P.D. meo Scotto, in Bononien. Cappellaniæ 11. Maji 1701. §. Arbitrium enim coram Reverendissimo Conchen., & in Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. §. Et ad rem coram R.P.D. meo Ansaldo.*

32 Verificationem autem Jurispatronatus satis convincit decretum prolatum per Ordinarium, *Summ. Informationis num. 7.*, qui visa fundatione Cappellæ pronuncia- vit super existentia dicti Patronatus, ac illius pertinentia favore Familiæ de Boviiis, quod valde considerabile est, cum sententiis latis ab Ordinariis ad favorem Jurispatronatus plurimum veniat deferendum, quia ipsi non ita faciles esse solent in eis admittendis, & canonizandis, cum agatur de proprio præjudicio, & Ecclesiæ, quibus magis expedit, ut Beneficium sit liberum, quam Patronali servituti obnoxium, juxta bene in his terminis animadversa per *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 13. num. 142. & num. 152. Cappon. discept. for. 233. sub num. 28., Vivian. de jurepatr. lib. 11. cap. 5. num. 24., Rot. decis. 413. sub num. primo par. prima rec. cor. Seraph. decis. 1141. nu. 8. coram Otthobon. decis. 224. num. 15. & 16., & in Arianen. Archipresbyteratus 27. Junii 1708. §. De anno coram R. P. D. meo Scotto; Necnon comprobatur, etiam ex ipsa provisione per Franciscum reportata, quæ cum ab alio Jure non descendat, quam devoluto ob Patroni negligentiam in presentando, in sui necessarium antecedens pro certo supponit Juspatronatus existentiam, ut advertit *Rota decis. 245. num. 19., & 20. par. 9. & decis. 148. num. 6. par. 15. rec.**

Nec indubitatum Patroni Jus in hac vacatione resolutum dici potest, ex quo

Pars III.

ipse præsentationem Michaelis expleverit post quadrimestre de jure datum Patronis Laicis ad præsentandum, quo elapso nè Beneficium diutius sine Beneficiato maneret, potuerit Ordinarius Patroni negligentiam supplendo illud devolutum conferre Francisco. Quoniam ad objecti eliminationem ponderandum venit, quod tempus datum ad præsentandum, licet aliqui crediderint, quod antiquitùs principium desumeret ab ipsa die vacationis Beneficii, ex quo in Legibus de Laico Patrono loquentibus non aliter explicatum reperiebatur, atque solummodo in Ordinario Collatore provisum extiterat, ut semestre ad providendum ei datum à die scientiæ inciperet currere, ut in *cap. Licet de supplen. neglig. Prælat. cap. Quia diversitatem de concess. Præben.*; Hinc propterea quadrimestre adeò rigidè, & strictè in Patrono Laico acciperetur, ut ad illud effectum vis tota consisteret in materiali temporis computatione, nullatenus admittenda qualibet excusabilis ignorantia causa, sed statim ultimo termino completo indistinctè superiori aperiebatur Jus Beneficium tamquam devolutum providendi, ut traderunt *Corrad. in prax. Benef. lib. 4. cap. 2. sub num. 27. vers. hujusmodi, Vivian. de jurepatr. lib. 7. cap. 2. uum. primo, & seqq., & eum hac opinione pertransiit Rota in antiquis decis. prima de jurepatr.*

33 Tamen derelicta hujus veritatis indagine, cum & plures patiatur difficultates, atque non desint aliæ, & antiquiores Rotæ Decisiones contrarium determinantes, quod videlicet quadrimestre à die notitiæ non verò vacationis currere incipiat, ut habetur in Decisionibus recollectis inter *Antiquior. in titul. de jurepatr. decis. 3. & in tit. de Præb. decis. 7. numero primo, & 4.*; Hoc unum est certum, quod hodie ea uti magis benigna apud Doctores invaluit opinio, ac in nostro Tribunali passim recepta, ut terminus præfatus ad præsentandum, cum in odium negligentium præscribatur, nec propriè cadat negligentia, quamdiù perseverat vacationis ignorantia, illa ignorantia, quæ excusat Ordinarium Collatorem, nè à suo Jure cadat, eadem pari Jure suffragari debet Patrono Laico, cui quadrimestre ad effectum præsentandi concessum,

B

non

non incipit currere à die vacationis, sed à die tantum demonstratæ scientiæ, ut de communi testantur *Fagnan. in cap. Quia propter num. 4. de jurepatr., Cavaler. in repet. ad cap. Consultationibus de jurepatron. num. 35. & 36., Engel. in jus Canon. lib. 3. tit. 38. num. 13., Wagnerecb. in cap. Quoniam num. 2. de jurepatr., Garz. de Benef. par. 10. cap. 2. num. 34., Murg. de Benef. quest. 3. num. 399., Solorzan. de jur. Indiar. lib. 3. cap. 3. num. 48., Frass. de Patron. Reg. Coron. cap. 32. num. 41., Antunez. de donat. Reg. lib. 3. cap. 28. num. 115., Lagunez de Fruct. par. prima cap. 31. §. 3. num. 113., Antonell. de Temp. legal. lib. 3. cap. 16. nu. 2., Barbos. de offic., & potest. Episc. par. 3. alleg. 72. nu. 135., Amostaz. de caus. piis lib. 3. cap. 13. num. 21. & seqq., Modern. Roman. discept. Eccles. 4. num. 50., Rot. decis. 459. num. 7. coram Buratt. decis. 380. num. primo coram Seraph., coram Cerr. decis. 114. nu. 8. & seqq. & in rec. decis. 21. num. primo, ibique Add. num. 18. par. 3. decis. 154. num. 9. par. 12., & in Melphicten. Cappellania 17. Junii 1699. §. Consimili irrelevantia coram bo. mem: Muto, Barchinonen. Beneficii 24. Martii 1702. §. Non obstat coram Eminentiissimo Caprara, & pluribus cumulatis in Romana Cappellania 25. Novembris 1705. §. Verum cum seq. & in Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. §. Neutra tamen coram R. P. D. meo Ansaldo, & in Capuana jurispatronatus 11. Maji 1708. §. fin. cor. R. P. D. meo Lancetta.*

34 Hinc sequitur, quod ad effectum, ut Jure devoluto possit Beneficium provideri, non satis est, quod afferatur, quod quadrimestre fuerit elapsum, nisi probatio hæc sit quoque associata alio adjumento scientiæ vacationis præfatæ, nam cum fundamentum provisionis Jure devoluto consistat in præfata scientia, qui in ea se fundat, illam debet liquidis probationibus ostendere, nullatenus operante interpretativa, & præsumpta, cum scientia ad hunc effectum debeat esse vera, & indubitata, *Lap. alleg. 78. num. 12., Gabr. conf. 185. num. 6. lib. 2., Antonell. de Temp. legal. lib. 8. cap. 15. num. 8., Corrad. prax. benef. lib. 4. cap. 2. sub num. 74., Capon. discept. 74. num. 20., Cortiad. dec. 253. sub num. 53., & dixit Rot. in Firmana Altaris 5. Decembris 1599. coram Blanchetto relat. per Murg. de Benef. qu. 3. nu. 402.,*

Mediolanen. Beneficii 9. Decembris 1707. §. Et quatenus coram R. P. D. meo Caffarello, Capuana jurispatronatus 11. Maji 1708. §. Vel tandem, & in Mediolanen. Beneficii 2. Julii ejusdem anni §. fin. coram R. P. D. meo Lancetta.

35 Ad hujusmodi autem scientiam convincendam non satis esse poterat Edictum, quod per Ordinarium ad valvas Ecclesiæ affixum asseritur; quia quatenus de eo aliunde, quam ex Episcopi asseritione constaret, non tamen in Abbate Bovio Patrono certam scientiam valuit producere, ut vacationis Beneficii diceretur notitiam habere, nam cum Edictum præfatum affixum fuerit in remotissima Regni Neapolitani Civitate, ubi Beneficium est situm, & vacavit, Patronus verò longè distabat à Civitate, ac illius Dioecesi, cum uti Patritius Bononiensis Bononiæ degeret, vel aliquando in Urbe, atque propterea id quod in Hostunensi Civitate, & Dioecesi actum fuit non valuit efficere Patronum alibi degentem, ad hoc, ut vacationis scientia ad eum indubiè dici posset perducta, cum Edictorum affixiones possint vacationis scientiam præsumi facere in illis Patronis, qui in loco ubi Edicta affixa fuerunt, vel in Dioecesi resident, non verò in Forensibus, qui extrà Dioecesim inhabitant, in quibus cessat quælibet verisimilis notitiæ præsumptio, imò potius subintrat altera præsumptio adversativa, justa nempe ignorantia, *Card. de Luca de jurepatron. disc. 69. num. 6., Rot. decis. 532. sub nu. 1. par. 4. divers., in Firmana jurispatronatus 28. Novembris 1631. §. Que dicuntur cor. Ghislerio impress. apud Pacion. allegat. 26. num. 64., Romana Cappellania 25. Novembris 1705. §. Fortius coram R. P. D. meo Ansaldo, dicta Capuana jurispatronatus 11. Maji 1708. §. final. coram R. P. D. meo Lancetta.*

36 Verum cum Ordinario esset optimè nota, & certa persona Patroni præsentare debentis, ex quo in duabus antea actis vacationibus præsentaverat, & præsentationes autorizata extiterant cum ipsius Ordinarii successivis institutionibus, necessè erat, ut speciali citatione ille absens monitus, & excitatus fuisset ad præsentandum, non verò per Edictum generale affixum in Civitate Hostunensi, ubi Patro-

Patronus non residet, qua speciali notificatione deficiente ipsius juri nominandi non potuit esse detractum, sed illud in suo vigore intactum remansit, itaut donec, & quousque certa scientia ad illum non doceatur pervenisse, nullum tempus præjudiciale currere potuit, *Caren. resolut. 10. num. 10., Rot. in Cremonen. Prepositura 23. Maji 1644. apud Caren. dicta resolut. 10. sub num. 23. vers. Nullitas siquidem.*

37 Quæ eò magis debent habere locum, cum Patronus in præsentatione, quam explevit medio juramento allegaverit ignorantiam præfatæ vacationis Beneficii, per quod juramentum exclusa remanet quælibet suspicio præsumptæ scientiæ in terminis dixerunt, *Abb. in cap. Quia diversitatem num. 6. de concess. præb., Menoch. de Arbitr. cap. 188. num. 3., Rot. decis. 1289. num. 27. coram Coccin., & in Capuana jurispatronatus 11. Maji 1708. in fin. coram R.P.D. meo Lancetta, cum, & Leges Canonice in probanda ignorantia statuerint illam allegantes cum proprio juramento de ea fidem facerent, eorumque juratæ assertioni, quo ad hoc esset plenè deferendum, ut literaliter habetur in cap. Ut circa §. Super hujusmodi, & in cap. Nulli in fin. de elect. in 6.; Quod, & signanter in casu, de quo agitur venit admittendum cum agatur de Patrono integerrimæ probitatis, ac Illustri Nobilitate decorato; Viris autem dictis qualitibus pollentibus in iis, quorum veritas ex aliis argumentis haberi non valet, plenam fidem esse præstandam Leges voluerunt, ut de prima habetur in *L. Non omnes §. A Barbaris ff. de re militar.*, de secunda in cap. Nobilibus dist. 97.*

Ex his cum clarè constabilitum effulgeat, quod Ordinarius nulliter ad collationem Beneficii jure devoluto devenit, exindè promanat, quod Franciscus ab eo provisorius ad effectum se confoventi in possessione Beneficii ita à Patrono conquiriti se tueri non valeat fulcimento duplicis regulæ 35. & 36. Cancellariæ annualis, seu triennalis pacificæ possessionis, 38 nam cum finalis ratio prædictarum regularum ea fuerit, ut improbi lites equitentium motus in impetratione Beneficiorum certo modo reprimerentur, minimè hæc congruere possunt in casu, de quo

Pars III.

agitur, in quo Franciscus injustus Possessor, cum, & potius intrusi, quàm Provisor nomen promereri videatur destitutus apparet aliquo titulo, vel saltèm colorato, sinè quo Regulæ prædictæ effectum suum operari non valent, *Gomez ad regul. de Triennial. quest. 58., Barbof. in cap. Ordinarii num. 4. de offic. Ordinar., Flores. de Mena var. resolut. lib. 2. quest. 23. num. 61., Capon. discept. 1. num. 8., Card. de Luca de Benef. disc. 91. num. 13. & 14., Chokier. de permut. Benef. lib. 3. cap. 20., Rot. cor. Seraph. decis. 1498. num. 14. & 15. cor. Cels. decis. 130. num. 10. cor. Emerix Jun. decis. 1173. num. 7. & 8., & in Mediolanen. Beneficiorum 2. Julii 1703. §. Ex his profecto cum seq. coram Reverendissimo D. meo Decano; Eoque fortiùs in Beneficiis de Jurepatronatus, in quibus multò minùs Regulæ præfatæ non sunt admittendæ contra institutionem faciendam ad nominationem veri Patroni, ut de annali dixerunt *Antonell. de Temp. legal. lib. 2. capit. 35. nu. 22., Tondut. resolut. Benef. par. 1. cap. 86. num. 33., Rot. coram Mobedan. decis. 5. de jurepatr. coram Seraph. decis. 285. num. 6. in Recent. decis. 599. nu. 41. par. 2. tom. 3., & de annali, & triennali Rot. in dicta Mediolanen. Beneficiorum 2. Julii 1703. §. Cum de cetero coram Reverendissimo D. meo Decano.**

Et ita altera tantum &c.

ARGUMENTUM.

Procurator generaliter constitutus à Patrono ad præsentandum sciens vacationem Beneficii, si non præsentet in tempore, an præjudicet Patrono ignorantem dictam vacationem, & an huic competat restitutio in integrum.

SUMMARIUM.

- 1 Scientia vacationis Beneficii habita per Procuratorem, & hujus negligentia in præsentando in tempore an causet devolutionem, & præjudicet Patrono absenti, & eandem vacationem ignorantem; Vide ibi, & num. 3.
- 2 Alteri per alterum præjudicium causari non debet.

B 2

4 Patro-

- 4 Patronus sibi imputare debet si malum Procuratorem elegit ad presentandum.
- 5 Aliquis pro facto alterius, etiam sine culpa punitur.
- 6 Scientia vacationis Beneficii habita per Tutorem, aut Curatorem Patroni infantis, aut Pupilli, & eorum negligentia in presentando præjudicat, & lapsum termini inducit.
- 7 Patrono laeso à negligentia Procuratoris non presentantis in tempore est succurrendum ope restitutionis in integrum iustis concurrentibus causis; Et quæ sint istæ causæ? Vide num. 8. 9. & 10. Amplia ut num. 11.
- 12 Patrono super Statuis, Candelabris, & aliis ornamentis argenteis inservientibus pro ornatu Beneficii, seu Cappellæ ab ipso propriis expensis constatis non aliud jus competit, nisi jus custodiae.

C A S U S II.

ANtequam quidam Patronus discederet à Loco Beneficii de suo Jurepatronatus, constituit ibi Procuratorem cum mandato generali ad presentandum in casu vacationis; Tempore ejus absentia vacato Beneficio, Procurator uti supra constitutus, licet habuerit notitiam hujusmodi vacationis, & fuerit monitus ad presentandum, tamen nullam explevit presentationem intra quadrimestre; Hoc igitur elapso, Episcopus jure devoluto providit de dicto Beneficio quemdam Clericum suum familiarem; Rediens Patronus, & habita notitia tum vacationis Beneficii, tum negligentia sui Procuratoris in presentando intra tempus statutum; tum etiam, quod Rector Beneficii commodaret, & disponderet ad sui libitum de Candelabris, Statuis, & aliis ornamentis argenteis pro ornatu dicti Beneficii propriis Patroni expensis constatis, statim presentavit ad idem Beneficium Clericum ejus consanguineum, & instetit coram Ordinario pro hujus institutione; ac pro declaratione, quod Statuæ, Candelabra, & alia ornamenta argentea ab ipso confecta pro servitio Beneficii sint de libero ejus dominio; Quæritur proindè

Primo -- *An scientia vacationis Beneficii habita per Procuratorem, & hujus negligentia in presentando intra terminum*

causet devolutionem Beneficii in præjudicium Patroni eandem vacationem ignorantis.

Secundo -- *An, & quale jus competat Patrono super Statuis, Candelabris, & aliis ornamentis argenteis inservientibus pro ornatu Beneficii.*

- 1 Primum Dubium Sac. Rota agnovit esse satis controversum, & non pacificè procedere, ut testatur in una Capuana Jurispatronatus 10. Junii 1709. S. Sed inutiliter coram R. P. D. Aldrovando, ibi -- Præterquam quod concluso, quod scientia Procuratoris possit præjudicare Principali non est omnino pacifica -- quod irrefolutum reliquit. Et quidem videtur dicendum scientiam vacationis Beneficii habitam per Procuratorem generaliter constitutum à Patrono absenti ad presentandum in casu vacationis, & ejus negligentiam in presentando non causare devolutionem Beneficii in præjudicium ipsius Patroni eandem vacationem ignorantis, sed hujus ignorantiam impedire lapsum termini, adeo ut rediens Patronus ad locum Beneficii, habita notitia illius vacationis, ac negligentia sui Procuratoris validè potuerit presentare, & ejus presentatus, amoto liberè proviso per Ordinarium, venit instituendus; Siquidem in actu sui discessus, summa diligentia, ac sagacitate, quantum fieri potuit, providit indemnitati proprii juris in casu vacationis Beneficii per deputationem Procuratoris ad presentandum in genere quamcumque personam idoneam, & habilem; Unde si Procurator parum curaverit de jure sui Principalis, negligendo presentare in tempore; hujus negligentia imputabilis non est Patrono, nec huic præjudicare valet, stante regula communiter recepta, quod alteri per alterum præjudicium causari non debet, ad *Text. in cap. Non debet alteri de regul. jur. Golin. de Procurat. par. 2. cap. 5. numero 125. R. P. D. Ansaldo. decis. 65. num. 4. tom. primo, Rot. decis. 42. num. 5. par. 3. Recent.*

- 3 E contra asserendum videtur scientiam vacationis Beneficii; & negligentiam Procuratoris in presentando intra terminum juris præjudicare Patrono absenti, & causare devolutionem ejusdem Beneficii ad Ordinarium; Quoniam scientia

- 4 tia Procuratoris dicitur scientia ejusdem Patroni, & ejus factum nocet Patrono, *Text. in cap. Cum venissent de integ. restit. cap. Cum olim de caus. possess.*, *Gloss. in cap. ad hoc, ut lite non contestata verb. Procuratoris*, *Golin. de Procurat. par. 2. cap. 5. num. 2.*, *Gratian. discept. forens. 853. numero 61.*, *Surd. decis. 181. num. 3.*; Ea ratione quia sibi imputare debet Patronus si malum Procuratorem elegit, juxta *Gloss. in dicto cap. Ad hoc ut lite non contest. verb. Procuratoris*, & in *cap. Cum venissent de integ. restit. verb. restituiimus*, *Felin. in cap. Cum olim num. 23. & seq.*, *Golin. ubi supra*, *Odd. de restitut. in integr. par. 1. quest. 13. num. 47.*
- 5 Nec est novum, quod aliquis pro facto alterius etiam sine culpa puniatur, ita enim testatur *Gloss. in dicto cap. Ad hoc ut lite non contest. verb. Procuratoris*, & patet pluribus exemplis, nam aliquando propter delictum unius tota terra supponitur interdicto, licet hæc non sit in culpa, *Text. in cap. Non est de Sponsalib.*; Et Tutor, Curator, aut alius Administrator rerum Patroni infantis, Pupilli, aut amentis si habeat scientiam vacationis Beneficii, & non præsentet in tempore, ista scientia præjudicat, & lapsum termini inducit, etiam si Infans, aut Pupillus, aut amens non sit in culpa, ut expressè tuetur *Card. de Luc. de jurepatr. disc. 64. num. 9.*
- 7 Hæc secunda sententia mihi quidem magis placet, sed tamen in casu præsentis cenfeo Patrono læso esse succurrendum ope restitutionis in integrum adversus negligentiam Procuratoris, ipsi competere purgationem moræ, & rescissionem provisionis Beneficii liberè factæ ab Ordinario jure devoluto; Plures namque in præsentiarum concurrunt causæ, ratione quarum Patrono concedenda venit hujusmodi restitutio, seu purgatio moræ.
- 8 Et in primis ipse in actu sui discessus à loco Beneficii usus est summa diligentia, ut proprium jus conservaretur illæsum, constituendo nimirum in Procuratorem ad præsentandum in casu vacationis Beneficii eum, qui apparenter, & communi opinione præsumebatur diligens, & idoneus, unde si iste infideliter se gesserit, & præsentare neglexerit, culpa nulla est ipsius Patroni, qui proinde restitui

- debet adversus hanc negligentiam Procuratoris, & eam poterit purgare personam idoneam præsentando à die ejus scientiæ vacationis, cui præsentato concedenda venit institutio, rescissa prius provisione Beneficii liberè facta ab Ordinario jure devoluto; nè ab hujusmodi diligentia recipiat eam pœnam, quam non reciperet, si fuisset negligens, seu si Procuratorem ad præsentandum in actu sui discessus non constituisset, dum si dictum Procuratorem non deputasset, ignorantia vacationis Beneficii, quam habuit tempore suæ absentiæ, eum excusasset à devolutione ex dictis in superiori Casu; ut in terminis excommunicationis promulgatæ à Judice contra Dominum propter negligentiam, & contumaciam sui Procuratoris, quod ipsa relaxetur, constituto quod Dominus constituerit in Procuratorem eum, qui communi opinione præsumebatur diligens, docet *Abbas in cap. Ad hoc ut lite non contest. num. 34.*; Et in terminis sententiæ latæ contra Principalem propter negligentiam Procuratoris, quod ipsa rescindatur, & concedatur adversus eam restitutio in integrum, tuetur *Gloss. in cap. Cum venissent de integ. restit. verb. restituiimus*, *Joann. Staphile. de gratiis expectativ. in tract. magn. tom. 4. pag. mihi 346. num. 46. & seq.*; Et in terminis Emphyteutæ non solventis Canones intra terminum statutum, quod ipse licet non excusetur à caducitate, tamen admittatur ex æquitate canonica ad purgationem moræ, tradunt *Cardin. de Luc. de Emphytheuf. disc. 41. num. 9.*, *Gratian. discept. 378. num. 11.*
- 9 Deinde negligentia Procuratoris in præsentando in casu præsentis fuit nimis supina, & dolosa; dum Procurator habuit certam notitiam vacationis Beneficii, fuit monitus, ut præsentaret, & tamen hoc non obstante præsentari omisit; quæ negligentia nimis supina, & dolosa, utpote tendens in supplantationem Patroni est causa sufficiens, ut succurratur eidem Patrono læso, Beneficio restitutionis in integrum, juxta *Odd. de restit. in integr. par. 1. quest. 13. num. 48. & seqq.*, & admittere videtur *Card. de Luc. de jurepatr. disc. 64. num. 9. in fin.*
- 10 Denique Patronus nullam actionem habere potest contra Procuratorem ad damnanda

damna, & interesse ob non præsentationem factam in tempore; quia Procurator in casu præsentati quantumvis locuples non est solvendo; cum præsentatio non sit pretio extimabilis, ut dixi superius *Par. II. Can. XII., & XIII. in Commentario*; Unde Patronus ex hoc ipso restitui debet in integrum, & provisio liberè facta Jure devoluto rescindi, ad tradita per *Gloss. in cap. cum venissent de in integ. restit. verb. restituimus, Golin. de Procurat.*

11 *par. 2. cap. 5. num. 125.*; Quod nullam admitteret difficultatem si ageretur de Jurepatronatus Ecclesiastico, seu si Patronus, qui constituit Procuratorem ad præsentandum esset Ecclesia, Monasterium, aut alius locus pius, ad *Text. in sæpè dicto cap. Cum venissent de in integ. restit.*, ex quo restituitur Ecclesia læsa, propter negligentiam Procuratoris, qui jura Ecclesiæ non produxit, ibique *Gloss. in figuratione casus, Abb. in cap. Ad hoc ut lite non contest. num. 37.*

12 Descendendo verò ad secundum Dubium censeo nullum aliud jus competere Patrono super Statuis, Candelabris, & aliis ornamentis argenteis inservientibus pro ornatu præfati beneficii, ab ipso propriis expensis constatis, nisi jus custodiæ, & eorum dominium spectare ad Beneficium, ut aliàs firmavi superius *Par. I. Canon. IV. Caf. VI.*; Et novissimè resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii, mestudente apud R.P.D. Lambertinum meritisimum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium in *Cajetana 2. Julii 1718.*, ubi cum Gubernatores, seu Deputati electi à Civitate Cajetæ Patrona Cappellæ S. Erasmi ad effectum, ut invigilent tam super fabrica, & ornatu ejusdem, quam super conservatione, & erogatione reddituum ad illam pertinentium, supplicaverint pro declaratione, quod duæ Statuæ argenteæ, & quod alia quædam argentea ornamenta essent de libero dominio Civitatis, quæ de illis disponere posset ad proprium usum, etiam & commodum in casu necessitatis, fuerunt disputata infra scripta Dubia:

Primo -- *An, & quale jus competat Civitati, & Deputatis super Candelabris, Cruce, & aliis ornamentis argenteis, quæ à triginta annis citra semper inservierunt pro ornatu Cappellæ S. Erasmi, vel potius*

illa liberè spectant ad dictam Cappellam in casu &c.

Secundo -- *An, & quale jus competat eisdem Civitati, & Deputatis super duabus Statuis argenteis jam factis, & super pecuniis exactis, & exigendis ex Gabellis, & aliis effectibus assignatis dictæ Cappellæ per Consilium Civitatis, vel potius eadem liberè spectent ad eandem Cappellam, in casu &c.*

Tertio -- *An, & quo jure Episcopus cogere possit Deputatos, & Gubernatores dictæ Cappellæ ad reddendam rationem pecuniæ ad eos perventæ ex redditibus, & legatis dictæ Cappellæ, necnon ex Gabellis, & aliis effectibus assignatis eidem Cappellæ per Consilium Civitatis, in casu &c.*

Quarto -- *An Episcopo competat jus deputandi personam idoneam pro exactione Gabellæ Quartutii Piscationis concessæ dictæ Cappellæ, & exigendi ab Exactoribus computa exacti, in casu &c.*

Quibus Sacra Congregatio respondit. Ad Primum -- *Argenta, de quibus agitur liberè spectare ad Cappellam, eorum verò tantummodò custodiam ad Deputatos* -- Ad Secundum -- *Statuas, & pecunias, de quibus agitur liberè spectare ad Cappellam, Custodiam verò Statuarum, & administrationem reddituum tantummodò spectare ad Deputatos* -- Ad Tertium -- *Affirmativè ad formam Concilii Tridentini sess. 22. capit. 9. de reform.* -- Ad Quartum -- *Committendam esse Deputatis exactionem, & administrationem Gabellæ Quartutii Piscationis, cum onere eam erogandi, & reddendi Episcopo rationem ad normam Decreti Sacræ Congregationis Episcoporum die 28. Augusti 1683.*

ARGUMENTUM.

Nominatus, seu Præsentatus si intra terminum non exhibuerit coram habente instituire nominationem, seu præsentationem, aut illam non acceptaverit, aut ei renunciaverit; an provisio Beneficii liberè devolvatur ad Episcopum, vel potius Patrono competat novus terminus.

SUM-

SUMMARIUM.

- 1 Nominatus si non exhibeat Instrumentum suæ nominationis intrâ terminum statutum coram Ordinario, an causet devolutionem, & præjudicet Patrono. & nu. 3.
- 2 Patrono competit novus terminus ad præsentandum, si Præsentatus non acceptet præsentationem, aut huic renunciet, aut hæc invalidetur, intrâ quadrimestre, vel semestre; & quare vide num. 5.
- 3 Patronus si solùm consignet nominato Instrumentum suæ nominationis, quantum in se non dicitur facere, quod facere tenebatur.
- 4 Nominatio, donec non exhibeatur coram habente instituere, non dicitur actus perfectus.
- 6 Imposito à Fundatore Beneficii onere canendi unam Missam qualibet hebdomada in Ecclesia A., & Ecclesia B., an Rector sit obligatus ad unam, vel ad duplicem Missam. Vide ibi, & num. 7. & 10.
- 8 Dicitio & est copulativa.
- 9 In dubio facienda est interpretatio potius favorabilis, quam præjudicialis Animabus Testatorum.

CASUS III.

IN limine foundationis cujusdam Beneficii Patronalis pinguis redditus fuit à Fundatore impositum Rectori onus canendi in perpetuum in Ecclesia A., & Ecclesia B. unam Missam de Requie qualibet hebdomada; vacato hujusmodi Beneficio, mense proximè præterito, Patronus nominavit ad illud quemdam Sacerdotem, cui consignavit Instrumentum nominationis; iste autem Sacerdos nominatus dictum Instrumentum non exhibuit intrâ quadrimestre coram Ordinario; eo quia sciebat intentionem Episcopi esse adstringere eum ad celebrationem duplicis Missæ cantatæ de Requie qualibet hebdomada, unius scilicet in Ecclesia A., & alterius in Ecclesia B., ad quam se ex lege foundationis adstrictum non esse intendebat; quæritur proinde in hoc casu:

Primo -- An proviso dicti Beneficii liberè devolvatur ad Episcopum, vel potius Patrono competat novus terminus.

Secundo -- An Rector ejusdem Beneficii teneatur ad unam, vel ad duplicem Missam?

1 Ad Primum respondendum videtur provisionem Beneficii in hoc casu non devolvi liberè ad Episcopum, sed Patrono competere novum terminum ad præsentandum; quia negligentia Nominati in exhibendo Instrumentum suæ nominationis coram Ordinario intrâ quadrimestre causare non debet devolutionem, & præjudicare Patrono, qui in consignatione dicti Instrumenti totam fidem habuit in ipso Nominato existimans eum diligentem in prosequendo suam nominationem, ut tueri videtur Perez Lara de Annivers. & Cappell. lib. 2. cap. 9. num. 5., ibi -- Si tamen præsentatus à Patrono non prosequatur præsentationem, ut institutionem obrineat, poterit Patronus alium præsentare, etiam quod lapsus esset quadrimestre, vel semestre, quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, nec debet negligentia præsentati nocere Patrono.

2 Eodem modo, quo si Præsentatus non consentiat, seu non acceptet præsentationem, aut renunciet præsentationi, aut moriatur, ante vel post institutionem, aut non consequatur institutionem in tempore ex culpa instituentis, absque rationabili causa instituere denegantis, aut invalidetur ejus præsentatio propter aliquod occultum crimen intrâ quadrimestre, vel semestre, proviso Beneficii liberè non devolvitur ad Ordinarium; nec præjudicatur Patrono, sed huic competit novus terminus ad præsentandum, incipiendo à die non acceptationis, vel renunciationis; vel mortis, vel invalidationis ejusdem præsentationis; nisi adsit aliqua fraus e. g. nisi Patronus præsentet in ultimo die quadrimestris, aut semestris eum, quem certò scit præsentationi non consenturum, aut renunciaturum ad effectum habendi aliud quadrimestre, aut semestre, juxtà Text. in cap. Si Electio de Election. in 6., ibi -- Si electio ex eo non sortiatur effectum, quia electus consentire recusat, vel post consensum renunciat juri suo, aut fortè diem claudit extremum, seu propter occultum ejus vitium irritatur, Electores (qui jam fecerant, quod spectabat ad ipsos infra juris terminum eligendo) habebunt à dissensu, renunciatione, morte, vel irritatione prædictis, ac si vacatio nova esset, tempus in integrum ad electionem aliam celebrandam, dummodo nil fraudulenter

ter

ter egerint in præmissis -- Qui Textus licet loquatur de electione, extenditur etiam, & locum habet in præsentatione, juxta *Gloss. ibi verb. Integrum vers. Statutum*, ibique *Gemin. num. 6.*, *Navar. consil. 25.*, de *Simon. num. 5.*, *Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 2. quest. prima art. 17. num. primo, & seqq. & art. 12.*, *Card. de Luc. de jurepatr. disc. 64. num. 15.*, *Vivian. eodem tract. lib. 7. cap. 4. num. 30. & 32.*, *Rot. decis. 8. de jurepatr. in novis num. 3.*, & in *Mediolanen. Beneficii 18. Junii 1708.* §. *Narrativa coram R.P.D. Omaña*, & in *Pisana Cappellania 5. Junii 1705.* §. *Multo que coram R.P.D. Lancetta*, & in *Pisana Beneficii 24. Januarii 1710.* §. *Et demum coram Eminentissimo Priolo*. Ergo etiam si nominatus intrâ terminum non exhibuerit coram Ordinario suam nominationem, Patrono competere debet novus terminus ad præsentandum à die non exhibitionis.

- 3 At contrarium verius de jure censeo; quoniam in hoc casu non solum Nominatus fuit negligens in exhibendo Instrumentum suæ nominationis in tempore coram Ordinario; verum etiam ipsemet Patronus de negligentia redarguitur, dum consignando præfato Sacerdoti à se nominato simplex Instrumentum nominationis; quantum in se, ex quo non præsentavit illum instituenti; non fecit, quod facere tenebatur, adedut culpa est ipsius Patroni si intrâ terminum sequutus non fuit actus perfectæ præsentationis, ac proinde dignus est pœna devolutionis, & ut ipsi denegeretur novus terminus ad præsentandum, ut expressè docent *Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 2. qu. 1. art. 22. num. 4.*, *Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 6. num. 39.*, *Vivian. de jurepatr. lib. 7. cap. 4. nu. 31.*, *Rot. decis. 3. de jurepatr. in novis*, ibi -- *Respondebatur ad ultimum, quod non fecit prout debuit, quia licet sufficeret electionem, seu præsentationem factam per Patronum, esse præsentatam Electo, sive præsentato infra tempus quoad hoc, ut consentiat electioni, sive præsentationi de se facta, tamen quoad Superiorem, qui habet electum confirmare, vel præsentatum instituere id non sufficit* -- *Rot. in Senogallien. Beneficii 23. Aprilis 1703.* §. *Probato cor. ho: me: Muto.*

Ea verò, quæ superius objiciebantur, non obstant; disparitas namque est mani-

feſta, ſiquidem in primo caſu Patronus imputari non poteſt de negligentia, quia quantum in ſe eſt fecit actum perfectum, ſed in ſecundo caſu fuit negligens, dum non explevit actum perfectum, ſed imperfectum, nimirum ſimplicem nominationem, quæ donec non exhibeatur coram habente instituere, perfectæ præſentationis robur aſſumere non poteſt, nec dicitur actus perfectus, *Rot. in Ferrarien. Parochialis 17. Januarii 1718.* §. *Non obſtat coram R.P.D. Lancetta*, & dixi ſuperius *Par. I. Can. V. Caſ. II. num. 2. & 15.*, unde non mirum ſi in primo, & non in ſecundo caſu, ei competat novus terminus ad præſentandum, quia ubi datur terminus ad aliquid agendum, aliàs incurritur pœna, ſufficit actum fieri, licet non fortitur effectum ad evitandam pœnam, quæ imponitur ratione negligentia, ut teſtatur *Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 2. quest. 1. art. 17. num. 3.*

- 6 Descendendo autem ad ſecundum Dubium, reſpondendum videtur Rectorem ſupradicti Beneficii teneri ad unam, & non ad duplicem Miſſam; ita enim in ſimilibus terminis reſolutum apparet à Sacra Congregatione Concilii in *una Romana Legati 23. Julii 1718.*, ubi relictis à quadam Nobili Matrona Patribus Prædicatoribus Sanctorum Xyſti, & Clementis locis 60. Montis Sermonetæ his verbis -- *Lascia luoghi 60. del medesimo Monte Sermoneta alli Padri Domenicani de' Santi Sisto vecchio, e Clemente, con obbligo in perpetuo di cantar mi nell'una, e Valtra Chiesa, una Meſſa di Requie la settimana* -- fuit diſputatum -- *An Patres ad unam, vel ad duplicem Miſſam ſint obligati in caſu &c.* -- cui reſponſum fuit -- *Patres teneri ad unicam Miſſam.*

- 7 Sed re maturè perpenſa censeo in præſentiarum dicendum Rectorem hujusmodi Beneficii canere teneri duplicem Miſſam de Requie qualibet hebdomada; unam videlicet in Eccleſia A., & alteram in Eccleſia B.; ita enim ſuadent verba Fundatoris, favor Animæ, & pinguis, ac ſuperabundans eleemoſyna pro hujusmodi celebratione ab eodem Fundatore aſſignata.

Et quidem reſectendo ad verba, Fundator juſſit cantari in perpetuum unam Miſſam de Requie in Eccleſia A., & in Eccle-

Ecclesia B. qualibet hebdomada, quæ verba demonstrant eius voluntatem fuisse ut canatur duplex Missa, altera videlicet in Ecclesia A. & altera in Ecclesia B.

8 juxta naturam dictionis *Et*, quæ est copulativa, & coniunctiva, *Barbos. de Diffion. dict. 110. num. 3.*, maximè cum Fundator ad hunc effectum reliquerit Rectori pingue stipendium non solum sufficiens, sed etiam superabundans pro celebratione duplicis Missæ cantatæ qualibet hebdomada; quod pingue stipendium à Fundatore relictum pro una Missa canenda in Ecclesia A., & in Ecclesia B., præsumere facit ejusdem Fundatoris animum fuisse, ut cantetur duplex Missa, *Amosaz. de caus. piis lib. 2. c. 3. n. 50.*; Præ-

9 fertim ita dictante pietate erga Animam d. Fundatoris, dum in dubio quando nulla sequitur contrarietas, & fieri potest, facienda est interpretatio potius favorabilis, quàm præjudicialis Testatorum animabus, *Card. de Luc. de Legat. disc. 49. num. 9.*

10 Hinc non applicatur supradicta resolutio Sac. Congregationis Concilii; ibi enim concurrebant variæ circumstantiæ, doctissimè ab R. P. D. prælaudato Lambertino Secretario in Folio ponderatæ, ratione quarum justè declaratum fuit Patres Dominicanos Sanctorum Xysti, & Clementis ad unicam Missam teneri.

Prima enim erat, quod Testatrix optimè sciebat eosdem Patres non semper, & per totum annum habitare consuevisse in uno ex dictis Conventibus, sed ob aeris inclementiam consuevisse modo habitare in Conventu S. Xysti, modo in Conventu S. Clementis. Verisimile ergo est, quod ipsa voluerit Patres obligare ad Missæ celebrationem in sola Ecclesia illius Conventus, in quo ipsi degerent, & sic ad unius tantum Missæ celebrationem qualibet hebdomada.

Secunda est quod Testatrix Patres obligavit non ad celebrationem Missæ lectæ, sed ad celebrationem Missæ solemnem, seu decantatæ -- *Con obbligo in perpetuo di cantar mi una Messa di Requie* -- cum autem Missa cantata exigat præsentiam non unius simplicis Sacerdotis, sed omnium Patrum inferitur, quod ipsa voluerit unius tantum Missæ celebrationem qualibet

Pars III.

hebdomada, aliàs dicendum esset, quod voluisset, ut qualibet hebdomada Patres, aut à Conventu S. Clementis ad Conventum S. Xysti, aut à Conventu Sancti Xysti irent ad Conventum S. Clementis pro Missa canenda, quod videtur absurdum, & onus intolerabile.

Tertia est, quod Testatrix collectivè, & per modum unius locuta est de Patribus S. Clementis, & S. Xysti -- *Lascio luoghi sessanta alli Padri Domenicani de' Santi Sisto vecchio, e Clemente* -- Idem ergo judicium ferendum est quoad eam partem Testamenti, in qua demandavit Missæ celebrationem qualibet hebdomada -- *Nell'una, e l'altra Chiesa de' Santi Sisto, e Clemente* -- in quorum rerum statu non est necesse, quod duplex Missa canatur, sed una sufficit, quæ cantetur qualibet hebdomada in altera ex dictis Ecclesiis.

Quarta tandem est, quod Patres de Familia Conventuum S. Clementis, & S. Xysti semper considerati sunt per modum unius, itaut Sacra Congregatio super disciplina Regularium declaraverit die 13. Augusti 1700., quod expletus censeatur annus Novitiatus, etiam si Novitii, qui habitum receperunt in Conventu S. Xysti, mensibus æstivis propter aeris inclementiam transeant ad Conventum S. Clementis. Quæ circumstantiæ cum non concurrant in casu præsentis, proinde dicta resolutio non obstat.

ARGUMENTUM.

Episcopus conferendo liberè Beneficium Patronale jure devoluto ob non factam in tempore Præsentationem à Patrono, an teneatur legem foundationis servare.

SUMMARIUM.

- 1 Collatio Beneficii liberè facta ab Ordinario jure devoluto Personæ non qualificatæ ad formam foundationis est nulla.
 - 2 Patronis Laicis in Jurepatronatus mixto competit semestris ad præsentandum.
 - 3 Distinguuntur plures species qualitatum Beneficiorum.
 - 4 Episcopus conferens Beneficium jure devoluto ob non factam à Patrono præsentationem in tempore tenetur observare leges,
- C & qua-

- & qualitates fundamentales Beneficii.*
- 5 *Immo, & ipsemet Summus Pontifex has qualitates observare debet in suis Provisionibus jure reservato faciendis. Limita ut num. 6.*
 - 7 *Episcopus conferens Beneficium jure devoluto tenetur observare qualitates extra fundamentales auctoritate Apostolica approbatas.*
 - 8 *Has tamen non tenetur observare Summus Pontifex in suis Provisionibus; & quare? Vide ibi.*
 - 9 *Episcopus in suis collationibus liberè faciendis jure devoluto, non tenetur observare leges, seu qualitates extrafundamentales Beneficii ex sola concordia, & conventionione Patronorum extrà limen foundationis appositas; & quare? Vide ibi.*
 - 10 *Requisita à Patronis peritia Cantus in Presbytero ad Beneficium presentando extra limen foundationis absque auctoritate Apostolica, Episcopus validè potest jure devoluto illud conferre Presbytero solum practicè, & non theoreticè canere scienti. Amplia, ut ibi, & num. 11.*
 - 12 *Requisita à Fundatore in limine foundationis Beneficii peritia Cantus in persona presentanda; an ista teneatur canere cantu figurato?*

C A S U S IV.

CUm vacasset die prima Januarii Beneficium de Jurepatronatus promiscuè spectante ad eos de familia Fundatoris, ac ad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis A., vbi fundatum erat, & debitum non ex fundatione, sed ex simplici conventionione, & concordia extrafundamentali inita solum inter Patronos, absque confirmatione Apostolica; Presbytero in cantu erudito; Episcopus expectato lapsu semestris, cum non vidisset coram se factam ullam præsentationem, jure devoluto liberè contulit dictum Beneficium Presbytero solum ex quodam practico usu, non autem ex scientia Musicæ in cantu perito; Quæritur, an hujusmodi collatio sustineatur.

- 1 *Negativam resolutionem hujus dubii suadere videtur qualitas Beneficii, istud enim affectum dignoscitur certo generi personarum, nimirum Presbyteris in cantu eruditis, quare collatio ejusdem Beneficii liberè facta ab Episcopo jure de-*

voluto favore Presbyteri diversi generis, & cantu ex primis Musicæ principiiis minimè pollentis, videtur infanabiliter nulla. *Perez Lara de Annivers., & Cappell. lib. 2. cap. 2. ex num. 1., Garz. de Benefic. par. 7. cap. 15. num. 1. & 6., Pax Jordan. elucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 26. num. 1. & seqq., Murg. de Benef. quæst. 3. num. 863. & 866., & alii apud Rot. in Majoricen. Subpræcentoria 12. Januarii 1703. §. Et equidem coram R.P.D. Ansaldo.*

Hoc tamen non obstante veritas est in contrarium, siquidem tam illi de familia Fundatoris, quàm Capitulum Ecclesiæ Cathedralis A., quibus promiscuè competit Juspatronatus præsentare omiserunt coram habente instituire personam idoneam, & habilem ad controversum Beneficium intrà semestre; quod in Jurepatronatus mixto competit Patronis Laicis ratione communionis, quam habent cum Patronis Ecclesiasticis, sive mixtura sit æqualis, sive inæqualis, quia majus dignum trahit ad se minus dignum, juxta *Gloss. in hoc Canone §. Verum, Perez Lara de Annivers. & Cappell. lib. 2. cap. 2. nu. 15. Garz. de Benef. par. 5. cap. 9. num. 210., Capon. discept. 74. num. 29. tom. 2., Vivian. de jurepatr. lib. 7. cap. 1. num. 9. & seq., Cardin. de Luc. eodem tract. disc. 64. num. 3. & seq.*: Ac proinde validè potuit Episcopus dictum Beneficium liberè conferre jure devoluto, juxta auctoritates plenè superiùs cumulas *Cas. l. num. 1.*

- 3 *Non obstat, quòd Episcopus liberè contulerit hoc Beneficium Presbytero diversi generis, & non observaverit qualitatem ejusdem Beneficii. Pro remotione namque hujus objecti distinguo plures species qualitatum Beneficiorum; Aliæ enim sunt qualitates fundamentales, seu appositæ in limine foundationis Beneficii de consensu Ordinarii; & aliæ extrafundamentales, seu appositæ extra limen foundationis de consensu Patronorum, & cum approbatione Summi Pontificis, & aliæ, quæ sunt appositæ extra limen foundationis ex sola, & simplici conventionione, & concordia Patronorum.*

- 4 *Episcopus quando confert jure devoluto ob non factam à Patronis præsentationem in tempore tenetur observare qualitates fundamentales Beneficii, & illud conferre personæ qualificatæ ad formam*

mam

mam fundationis, *Roeb. de Curt. de Jurepat.*, verb. honorificum num. 8., *Lambertin. eod. tract. lib. 2. par. 3. quest. 7. art. 13. numer. 2.*, *Vivian. eodem tract. par. 3. lib. 14. cap. 6. num. 24.*, *Garz. de Benefic. par. 11. cap. 3. num. 42.*, *Caren. resol. 156. num. 4.*, *Perez Lara de Annivers. & Cappell. lib. 2. cap. 10. num. 27.*; Immo ipsemet Summus Pontifex in suis Provisionibus observare debet hujusmodi qualitates fundamentales, & lex seu qualitas in limine fundationis Beneficii legitime appositae comprehendere debet, etiam Provistos Apostolicos, ne alias Fideles à fundationibus Beneficiorum retrahantur, *Rot. decis. 375. num. 5. & seq. par. 4. tom. primo, & decis. 665. num. 14. par. 18. Rec. & dec. 73. num. 14. & seq. coram Cerro, & in Leodien. seu Aquisgranen. Canonatus super bono jure 7. Martii 1701. S. Non obstantibus coram Eminentissimo Scotto, & 22. Januar. 1703. S. Quidquid coram bo. me: Molines.* Adeout si Episcopus conferat Beneficium non servatis ejus qualitatibus fundamentalibus, collatio est nulla, si qualificatus non compareat coram Collatore, nec petat sibi conferri Beneficium intra quadrimestre, aut semestre, quia si non comparet nec petit intra dictum terminum, Beneficium valide conferri potest, etiam favore non qualificati, quia videtur renunciare juri suo, & Superior Collator non tenetur illum requirere, aut expectare, *Corrad. in prax. Benef. lib. 2. cap. 12. à nu. 59. ad 62.*, *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 56. numer. 88. & seq.*, *Rot. decis. 383. num. 18. par. 16. Rec.*, & *in Dertusen. Beneficii 29. Aprilis 1701. S. Licet enim coram R. P. D. Lancetta, & in Valentina Beneficii 16. Januarii 1704. S. Quamvis coram eodem, & in Barchinonen. Beneficii 13. Januarii 1710. S. Replicatione coram R. P. D. Aldrovando.*

7 Tenetur etiam Episcopus conferens jure devoluto observare leges, seu qualitates extrafundamentales appositae à Patronis extra limen fundationis Beneficii cum auctoritate, & approbatione Sedis Apostolicæ: quia istæ leges extrafundamentales auctoritate Apostolica approbata dicuntur leges Papales, quibus inferiores Collatores necessitatem habent parendi. *Lotter. de re Benef. lib. 2. qu. 43. num. 8. & 11.*; Eas verò observare non

8 *Pars III.*

tenetur Summus Pontifex in suis Provisionibus per ipsum jure reservato faciendis, quia ipse per quamcumque etiam specialem confirmationem qualitatibus, quæ activè, aut passivè concurrere debent in certis personis, non censetur sibi, aut suis Successoribus legem imponere, propriamque auctoritatem restringere, *Preb. ad Monach. in cap. primo de constit. num. 10. vers. posset, & num. 11. vers. tu tamen attende*, *Rot. decis. 630. num. 11. & seq. par. 4. tom. 3. & decis. 127. num. 14. par. 9. & decis. 343. num. 12. & seq. par. 16. & decis. 665. num. 14. & seqq. par. 18. Rec. & in dicta Leodien., seu Aquisgranen. Canonatus super bono jure 7. Martii 1701. S. final. coram Eminentissimo Scotto, & 22. Januarii 1703. S. Verum coram bon: mem: Molines.*

9 Sed non adstringitur Episcopus, casu quo negligentibus Patronis præsentari intra quadrimestre, aut semestre, Beneficium ad ipsum liberè devolvatur, in hujus collatione observare eas conditiones, leges, & qualitates, quæ ex sola concordia, & conventionione Patronorum fuerunt de novo appositæ extrà limen fundationis; Etenim in primis non aliter est permissum Patronis apponere conditiones, nisi in limine fundationis Beneficiorum iuxta *Canonem XXVII.*, de quo *Par. II.*; deindè sola eorum conventio, & concordia exigendi certas qualitates ad effectum, ut quis obtinere possit Beneficium auctoritate Apostolica non confirmata, quamvis admittatur, quod comprehendere valeat eas provisiones Beneficii, quæ fiunt ad eorum præsentationem, tamen comprehendere nequit eas, quæ fiunt ab Ordinario jure devoluto, quia Patroni extra limen fundationis Beneficii non habent facultatem imponendi Ordinarijs legem in collationibus Beneficiorum, ad eorum liberam dispositionem jure devoluto spectantium, ad *Text. in cap. Cum inferior de major. & obed., Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 38. num. 11. & seqq.*, *Rot. decis. 375. par. 4. tom. primo Rec. & in dicta Leodien., seu Aquisgranen. Canonatus super bono jure 7. Martii 1701. S. Firmata coram Eminentissimo Scotto.*

10 Præsupposita hujusmodi distinctione; in casu præsentis qualitas, seu conditio peritæ cantus est extrafundamentalis de

novo apposta extra limen foundationis Beneficii ex sola concordia, & conventionione Patronorum à S. Sede minimè roborata, adeòque Episcopus non tenetur illam observare in suis collationibus jure devoluto, sed validè potuit conferre dictum Beneficium Presbytero solùm practicè ex quodam usu, & non theoreticè ex certa scientia Musicæ in cantu erudito; etiamsi concurreret observantia, & consuetudo centenaria in contrarium; nimirum etiamsi plures fuissent liberè provisus ab Ordinario jure devoluto, qui habuissent perfectam scientiam Musicæ, hujusmodi namque observantia, adhuc non mereretur attendi, nisi probaretur cum suis requisitis, & circumstantiis, videlicet, quòd aliquis non habens scientiam Musicæ liberè provisus de Beneficio fuerit rejectus, & rejectioni acquievit, etiam cum scientia Ordinarii, alias provisiones liberè factæ ab Ordinariis pro tempore in personis habentibus perfectam scientiam Musicæ dicerentur potius actus facultativi, quàm coactivi. *Rot. decis. 630. nu. 14. & seq. par. 4. tom. 3. Rec. & in Cavallicen. juris interessendi 2. Maji 1701. S. Ceterum coram bo: me: Molines, & in dicta Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus 22. Januarii 1703. S. Proindeque coram eod.*

11. Immò etiam si admittatur, quòd conditio peritiæ cantus sit fundamentalis, & apposta in limine foundationis dicti Beneficii; adhuc hujus collatio liberè facta, ab Ordinario ob omisam à Patronis præsentationem in tempore favore Presbyteri, qui scit tantum canere practicè, & non theoreticè, dicenda esset valida; Quia cum non sit distinctum, nec determinatum, quænam cantus peritiæ concurrere debeat in Presbytero, an illa quæ provenit ex practico usu, & quæ ex auditu deprehenditur, vel potius illa, quæ possidetur ex scientia Musicæ, dicta peritiæ cantus indistinctè debet intelligi de utraque, adeò ad validitatem collationis sufficiat, quòd Presbyter sciat canere ex practico usu: ut in his terminis expressè tuetur *Rota in Majoricen. Collegiaturæ 13. Martii 1708. S. Nec resistit coram bon: me: Omanna.*

12. Quæro hic an ex eo, quòd Fundator in limine foundationis Beneficii exegerit in Presbytero præsentando peritiæ cantus

iste teneatur canere cantu figurato, & modis musicis.

Respondeo negativè, quia ex sola peritiæ cantus, quam Fundator desideravit in dicto Presbytero, iste gravari non potest majori onere, scilicet canendi cantu figurato, quòd per ipsum Fundatorem non fuit ei in fundatione impositum, ut in his terminis resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii in *Veliterna Cantus 23. Februarii 1715. & 25. Januarii 1716.*, ubi cum ex dispositione cujusdam Fulviæ Caldensis fundata fuerint quatuor Beneficia in Ecclesia Veliterna, & fuerit impositum quatuor Beneficiatis, qui Caldenses nuncupantur, onus scientiæ cantus his verbis -- *Fructus Bonorum hereditariorum equaliter dividantur inter quatuor personas Veliternas idoneas, & canere scientes cantu figurato, inservientes continuo in Choro, prout Canonici Cathedralis inservire tenentur, necnon teneantur Anniversaria quinque celebrare, quæ Beneficia voluit esse de jure patronatus sui Viri* -- Et cum alia duo Beneficia fuerint erecta in eadem Cathedrali sub invocatione S. Jo: Evangelistæ, ac S. Catharinæ ex dispositione Cardinalis Jesualdi -- *Pro duobus Presbyteris in cantu etiam figurato peritis, quorum præcipuum munus sit, cum opus erit, canere, quique, dicta Ecclesia inserviendo personaliter apud eam residere, ac omnibus horis, & Officiis Divinis interesse, eaque in Choro simul cum Canonicis in inferiori loco confidentes recitare, & decantare teneantur* -- prætensionem excitavit Promotor Fiscalis, quòd tum Beneficiati Caldenses, tum etiam Beneficiati S. Jo: Evangelistæ, ac S. Catharinæ respectivè, ex onere in eorum erectione iniuncto adstricti forent quibusque anni festivitibus, ad Organum musicis modis canere; Hinc disputata fuerunt infra scripta, Dubia

Primo -- *An Beneficiati Caldenses teneantur canere cantu figurato in casu &c. & quatenus affirmativè.*

Secundo -- *In quibus Festivitatibus, & quo loco, & quatenus affirmativè.*

Tertio -- *An, & qua punctatura, seu pænis Beneficiati prædicti sint multandi in casu deficientiæ, in casu &c.*

Quarto -- *An Beneficiati Sanctæ Catharinæ, & Sancti Joannis Evangelistæ teneantur*

neantur canere cantu figurato in casu &c. & quatenus affirmativè.

Quintò -- In quibus festivitibus, & quo loco, & quatenus affirmativè.

Sextò -- An, & qua punctatura, seu penis Beneficiati prædicti sint mulctandi in casu deficientiæ, in casu &c.

Super quibus emanavit rescriptum; ad Primum Negativè; ad Secundum, & Tertium, Provisum in primo; ad Quartum, Affirmativè; ad Quintum, & Sextum, Arbitrio Ordinarii. Reproposita Causa die 25. Januarii 1716. sub consueto Dubio -- An, & in quibus sit standum, vel recedendum à decis. sub die 23. Februarii 1715. in casu &c. -- prodiit responsum -- In decis. quoad Caldenses, & quoad Beneficiatos S. Catharina, & S. Jo: Evangelistæ recedendum à decis.

ARGUMENTUM.

Existente de tempore vacationis Beneficii Patronalis Persona qualificata, & habili ad formam Fundationis, an Patronus possit differre præsentationem usque ad ultimum diem termini, ut interim altera Persona non qualificata, quam intendit præsentare, intrà eundem terminum qualificetur.

SUMMARIUM.

- 1 Lex in omni dispositione fraudem abominatur.
- 2 Comparitio, & oppositio passivè vocati assimilatur, & equipollet præsentationi.
- 3 Patronus differre non potest præsentationem usque ad ultimum diem termini, ad effectum, ut inhabilis, hoc medio tempore habilitetur, & præsentari valeat, quando habitas requiritur de tempore vacationis, secùs si requiratur de tempore præsentationis, aut institutionis, & numero 4.

CASUS V.

Fundavit, ac dotavit quidam pius Testator Beneficium simplex in Ecclesia A, cum reservatione Juris patronatus activi favore Primogeniti sui Fratris, & sic de Primogenito in Primogenitum, Juris verò patronatus passivi favore eorum de sua familia, ordinando, quod ad hujusmodi Beneficium semper nominetur, ac præsentetur, ac provideatur aliquis de dicta familia, & si contigerit nullum reperiri de eadem familia, qui velit inservire prædicto Beneficio, tunc, & eo casu Patronus possit deputare aliquem Sacerdotem ad servitutem ejusdem Beneficii, donec, & quousque adsit aliquis de dicta familia, qui de eo provideri possit. Vacato nuper Beneficio Titius de familia contemplata, cum solus esset de tempore vacationis Clericus, & sic capax obtinendi prædictum Beneficium comparuit, & instetit coram Ordinario, ut præsentaretur à Patrono intrà terminum sex dierum, aliàs eis elapsis, si præsentatio de se facta non fuerit, sibi adjudicaretur Beneficium, vigore passivæ vocationis ejusdem Fundatoris. E' contra Patronus cupiens præsentare Cajum de eadem familia, qui de tempore vacationis erat laicus, ut ita se habilitare posset, & suscipere Clericatum tempore habili, ad effectum ut præsentari valeret, non curavit præfatam instantiam Titii, sed comparuit coram Ordinario, petens sibi indulgere tempus à jure concessum ad præsentandum, & distulit præsentationem usque ad ultimum diem quadrimestris, quo præsentavit Cajum, qui antecessenter Clericatum suscepit, & se habilitavit, & institutus fuit ab Ordinario. Hinc quaeritur, an Patronus existente de tempore vacationis Titio Clerico habili de familia contemplata, & instante, ut præsentetur, potuerit differre præsentationem usque ad ultimum diem quadrimestris, ad effectum ut Cajus de eadem familia se habilitari, & præsentari potuisset.

Primo aspectu dicendum videtur non potuisse Patronum differre in hoc casu præsentationem usque ad ultimum diem termini, cum dilatio hæc videatur fraudulenta facta, nimirum ut hoc medio tempore Cajus inhabilis de familia Fundato-

dato.

datoris habilitaretur intrà quadrimestre, ad effectum ut presentari posset ad exclusionem Titii de eadem Familia jam antecedenter habilis de tempore vacationis Beneficii, ac proinde venit improbanda, juxta censuram Legis, quæ in omni dispositione fraudem abominatur, & dispositionem taliter factam reddit irritam, & nullam, *Cyriac. contro. 254. num. 1. Oldrad. consil. 257. num. 41. propè fin. vers. Fraus insuper, Lambertin. de Jurepatr. lib. 2. par. 2. quest. 1. art. 12. num. 8. Tuscb. conclus. jur. 474. litt. F. num. 1. Rota decis. 605. num. 16. par. 5. tom. 2. & decis. 536. num. 167. parte 4. tom. 3. Rec.*

2 Sed adstrictus erat Patronus presentare eundem Titium de tempore vacationis habilem, & iste erat ab Ordinario instituendus, etiamsi non fuisset à Patrono presentatus, dum quando quis est passivè vocatus per Fundatorem non indiget presentatione Patroni, sed dicitur presentatus per Fundatorem, *Abb. in cap. Cum in cunctis §. Inferior n. 10. cum seq. de Elect., Rot. in Asten. Beneficii 10. Decembris 1714. §. Et è contra cor. R. P. D. Anfald., & in Gerunden. juris patronatus 4. Februar. 1715. §. Imò coram R. P. D. Lancetta.* Et per oppositionem, seu comparitionem, quam ipse facit intrà quadrimestre, aut semestre coram Ordinario, dicitur illi jus quæsitum, cum comparitio, & oppositio assimiletur, & æquipolleat presentationi, *Cardin. de Luca de jurepatr. discurs. 49. num. 8. Rota decis. 252. num. 2. & seq. cor. Puteo lib. 3. & decis. 99. nu. 1. cor. Pampbil.*

3 Pro resolutione tamen hujus quæstionis tria distinguenda sunt tempora nimirum, tempus vacationis Beneficii, tempus presentationis, & tempus institutionis; si habilitas, & capacitas assequendi Beneficium requiratur de tempore vacationis; tunc certè Patronus prorogari non potest presentationem usque ad ultimum diem quadrimestris, aut semestris, ad effectum ut inhabilis hoc medio tempore habilitetur, & presentari valeat, sed tenetur presentare eum, qui de tempore vacationis erat habilis, & si hunc presentare negligat, debet tamen hoc non obstante iste habilis de tempore vacationis institui ab Ordinario, dummodo intrà terminum compareat coram hoc, & instet sibi conferri

Beneficium, quia in hoc casu utpote presentatus ab ipso Fundatore, non indiget presentatione Patroni; & ejus comparitio, oppositio, & instantia, facta intrà quadrimestre, aut semestre coram habente instituere habetur loco presentationis ex auctoritatibus superius relatis

4 *§. Sed.* Si verò eadem habilitas, & capacitas requiratur de tempore presentationis, aut institutionis optimè potest Patronus differre presentationem usque ad ultimum diem termini; & presentare eum, qui hoc interim se habilitavit, non obstante, quod de tempore vacationis aderat alius habilis, & Ordinarius tenetur superfedere usque ad ultimum diem termini, ut docent *Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 2. quest. 1. artic. 13. Perez de Lara de Annivers. & Cappell. lib. 2. cap. 9. num. 51. & seqq. Cardin. de Luca de jurepatr. discurs. 45. num. 8. & notavi superius Par. I. Can. V. Cas. XIII. num. 4.*

Nos in presentiarum versamur in hoc secundo casu, dum qualitas Clericatus non fuit requisita à Fundatore in eo de familia contemplata de tempore vacationis, sed de tempore presentationis; unde validè potuit Patronus differre presentationem usque ad ultimum diem quadrimestris, & expectare capacitatem Caji, quem presentare intendebat, non obstante oppositio, & instantia Titii ejusdem familiae habilis de tempore vacationis. Hinc patet responsio ad incontrarium allata; procedunt siquidem illa in casu, quo capacitas, & habilitas fuerit à Fundatore requisita de tempore vacationis, non verò de tempore presentationis, aut institutionis.

ARGUMENTUM.

Terminus ad presentandum à jure Patroni concessus, an abbreviari, aut prorogari possit.

SUMMARIUM.

- 1 *Papa habet plenissimam potestatem prorogandi, & abbreviandi terminum Patroni à jure concessum ad presentandum.*
- 2 *Presentatio facta in tempore prorogato, dicitur facta intrà legitima tempora.*
- 3 *Episcopus potest prorogare terminum in sui præjudicium.*
- 4 *Potest etiam illum abbreviare in Edicto per*

- per eum apponi solito antè provisionem Beneficii.
- 5 Fundator in limine foundationis de consensu Ordinarii potest abbreviare, & prorogare terminum ad præsentandum.
- 6 Gratia prorogationis termini obtenta à Patrono absque expressione præsentationis præventivè factæ ab altero Comparono est nulla, & num.9.
- 7 Legitimè præsentatus est instituendus.
- 8 Præsentatio facta elapso quadrimestri Patronis ad præsentandum statuto, nullius est efficacia.
- 10 Gratia sub falso supposito expiscata nullius est roboris.
- 11 Præsentatio personæ non habentis legitimam aetatem ad beneficium Curatum consequendum est nulla.

CASUS VI.

VAcato Beneficio de Jurepatronatus pro una vice ad Familiam A, & pro altera ad Familiam B, æqualiter spectante. Illi de Familia A, præsentarunt Clericum habilem, & idoneum in penultima die quadrimestris, illi verò de Familia B, in ultima die ejusdem quadrimestris obtinerunt à Papa, absque tamen expressione dictæ præsentationis præventivè factæ prorogationem aliorum duorum mensium, intrà quos præsentarunt alium Clericum, pariter idoneum. Quæritur, an hujusmodi prorogatio termini sustineatur.

- 1 Respondendum videtur affirmativè; certum namque, ac indubitatum est Summum Pontificem plenissimam habere potestatem prorogandi, ac abbreviandi terminum à jure statutum Patronis ad præsentandum; unde de validitate dictæ prorogationis termini eis de Familia B, concessæ ambigi minimè posse videtur; sicuti neque dubitari potest de subsistentia præsentationis per eos factæ in termino prorogato, dum tempus prorogatum dicitur tempus legitimum, & præsentatio in eo facta dicitur facta intrà legitima tempora, *Rota decis. 74. num. 25. & seq. par. 16. Recent. & in Pisana Cappellaniæ 5. Junii 1705. §. Obreptio, coram R. P. D. Lancetta.*
- 3 Immò non solum Summus Pontifex, sed & ipsemet Episcopus potest prorogare hujusmodi terminum in sui præjudi-

cium, & Patronum elapso termino gratiosè admittere ad præsentandum intrà tempus, quo durat devolutio ad ipsius favorem, non verò postea tempore, quo jus quæsitum, & collatio devoluta fuit ad alium superiorem, *Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 2. qu. 1. art. 27. Barbosa. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 72. num. 143. Tondut. quæst. benefic. par. 2. cap. 4. §. 9. num. 28. Rota in Senogallien. Beneficii 23. Aprilis 1703. §. Exclusa, coram bona mem. Muto, & in Mediolanen. Beneficii 18. Junii 1708. §. Altero, coram bo. me. Omanno.*

4 Ac illud abbreviare in Edicto, per eum apponi solito ante provisionem Beneficii, cum hac tamen animadversione; quod aut Edictum apponitur ab Episcopo ad instantiam alicujus petentis institutionem, aut collationem Beneficii, & tunc Patroni, & alii interesse habentes, habita illius notitia, tenentur comparere in termino in Edicto præfixo, & præsentare aliàs si taceant, & non præsentent, & elapso termino Edicti sequuta sit valida institutio, non possunt amplius præsentare, etiamsi adhuc duret terminus juris, nimirum quadrimestris, aut semestris, quia tacendo sibi præjudicant Patroni, secus si adhuc non sit sequuta valida institutio, quia tunc non obstante, quod sit elapsus terminus Edicti, dummodò duret terminus juris, Patronus potest comparere, & præsentare; Aut Edictum apponitur ab Episcopo nullo instante, & tunc abbreviatio termini in ipso facta est valida, si Patroni non contradicant, si verò compareant, & petunt sibi indulgeri tempus à jure concessum, non sustinetur, dum Episcopus terminum juris nequit Patronis denegare, aliter esset sacris Canonibus derogare, & jus tertii tollere, quod soli Papæ, & non Episcopis est permissum, *Oldrad. conf. 3. per tot. Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 2. quæst. 1. art. 28. Garz. de Benefic. par. 9. cap. 4. num. 8. cum seqq. Perez de Lara de Annivers. & Cappell. lib. 2. cap. 9. num. 46. & seqq. Lotther. de re benefic. lib. 2. qu. 13. num. 50. & seqq. Barbosa. de offic. & potestate Episcopi par. 3. allegat. 72. num. 143. Vivian. de jurepatr. lib. 6. cap. 7. num. 4. & seqq. Card. de Luca eodem tract. discurs. 49. num. 3. & seqq.*

5 Insuper ipse quoque Fundator recedere potest à dispositione hujus Canonis, abbre-

bre-

breviando, aut prorogando tempus ad præsentandum in limine foundationis Beneficii de consensu Ordinarii, *Perez de Lara de Annivers. & Cappell. lib. 2. cap. 9. num. 29. Vivian. de jurepatr. par. 2. lib. 7. cap. 1. num. 16. & seq. Card. de Luca eodem tract. disc. 64. num. 14. Ventrigl. in prax. rerum Eccles. par. 2. annot. 1. §. 3. n. 33.*

6 Verumtamen contrarium tuendum est; quoniam in hoc casu gratia prorogationis termini est evidenter subreptitia, dum fuit obtenta ab eis de Familia B, absque expressione præsentationis præventivè factæ ab eis de Familia A, & absque mentione judicialis instantiæ factæ per Præsentatum pro obtinenda institutione. Si enim Summo Pontifici hæc omnia fuissent narrata, aut gratiam prorogationis termini non concessisset, aut difficilior, cum nunquam intendat præjudicare juri quæsito præventivè Præsentati super Beneficio; ut in his terminis definitum fuit à sacra Rota in *Pampilonen. jurispatronatus 4. Februarii 1715. §. Hujusmodi, coram Eminentiss. Scotto, hic impressa.*

Non obstat, quod Papa habeat plenissimam potestatem prorogandi, & abbreviandi terminum à jure concessum Patronis ad præsentandum; siquidem quæstio non est de potestate, sed de intentione, nimirum, an Summus Pontifex habuerit intentionem prorogandi terminum in præjudicium præventivè præsentati, quod absolutè negamus, dum summa ejus clementia non patitur gratias impartiri cum præjudicio juris tertio quæsiti.

R. P. D. SCOTTO.

Pampilonen. Jurispatronatus.

Luna 4. Februarii 1715.

IN conspectu præsentationum de Rectoria, seu Parochiali Villæ de Lanz, vacante per obitum Didaci ultimi possessoris, secutum sub die 31. Januarii 1713. à Patronis nequaquam concordantibus factarum; Altera nimirum à decem, & octo ex vicinis, seu habitatoribus dictæ Villæ in personam Petri, cui ex post accessit approbatio, & suffragium Serenissimi Regis Hispaniarum, penès quem Juspatronatus æquè, ac præfatos vicinos residet; Altera verò à decem, & novem ex

eisdem vicinis, semestri jam prolapsa, in favorem Augustini expleta, judicii Ordinarii Pampilonensis stetit pro prima, prævia namque ejus sententia, Petrus in exclusione Augustini, institutionem ad controversam Rectoriam consecutus est.

Delata autem ex remedio appellationis negotii discussione ad sacrum nostrum Auditorium sub congruo Dubio à me proposito -- *An, & cui sit danda Institutio* -- attentis non minùs validis rationibus, quibus nitetur antea acta sententia, quam contumacia Augustini comparere recusantis, prodiit responsum -- *Pro Informante.*

7 Siquidem cum in controversiam revocari nequeat vacatio Beneficii, & pertinentia Jurispatronatus modo supra expresso, & Petrus à memoratis Patronis legitimè præsentatus præditus sit omnibus qualitatibus ad Parochialem assequendam, juxta Canonicas sanctiones requisitis, prout ex attestationibus Ordinarii, necessariò promanat, quod ab eodem Ordinario ritè, meritòque fuerit ad Rectoriam institutus, quæ proinde institutio neque à nostro Tribunali eidem erat deneganda, juxta *Text. in cap. Monasterium 16. cap. cum Bertoldus, de re judic. & aliàs dixit Rota decis. 189. num. 1. ad 3. coram Bich. decis. 318. num. 4. & 405. num. 1. & decisio 296. num. 1. par. 3. recent.*

8 E' conspectu autem præsentationis titulis omnibus subnixæ, non meretur opponi altera præsentatio à Compatronis vicinis ab Augustino reportata; Illa enim in primis nullum jus suppeditare posse visa fuit Præsentato, tamquam emanata extra tempus à jure præfinitum; Nam cum obitus ultimi possessoris evenerit usque ad mensem Januarii anni 1713. & vacatio Parochialis exinde profluens, certò innotuerit prædictis Compatronis, prout habetur tam ex eorum mandato procuræ ad præsentandum, quàm à pluribus confessionibus in judicio emissis, de quibus *Summario num. 13. & 14.* consequitur, quod præsentatio in favorem Augustini, nonnisi sub die 31. Augusti subsequenti expleta; & sic elapso jam non solum quadrimestri Patronis ad præsentandum statuto, sed & integro semestri, nullius sit roboris, & efficacæ, ad tra-

tradita per *Lap. alleg. 71. num. 2. Vivian. de jurepatr. lib. 7. cap. 62. num. 9. & seq. & cap. 7. num. 9. Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 6. num. 38. Rota decis. 2. num. 9. coram Priolo, & in Meleuitana jurispatr. 5. Junii 1697. §. Tum quia, coram Reverendissimo D. meo Decano. Quin potius dicendum est, quod totum jus consolidatum remanserit in cæteris Compatronis intrâ legitimum tempus præsentantibus, Card. de Luca de jurepatr. disc. 41. num. 6. & 7. Rota decis. 199. num. 10. & decis. 230. n. 4. & 5. coram Duran.*

9 Hujusmodi verò substantialem defectum nequaquam supplere valuit gratia Apostolica prorogationis aliorum trium mensium ab ipsis Patronis obtenta, cujus vigore contendere possint præservatum sibi jus præsentandi; Quoniam gratia prædicta apparuit subreptionis, & obreptionis vitio infecta; ideoque nullum præsidium Patronis præbere, juxta firmata per *Rot. in decis. 56. num. 12. & seq. in Mansis. ad ornat. Cardin. de Luca lib. 13. tit. de jurepatr.* Et quidem subreptio innegabiliter resultabat, ex quo nullam mentio facta fuit de præsentatione præventivè obtenta à Petro, & de judicialibus instantiis jam ab ipso pluries repetitis pro assequenda institutione; Quapropter cum ex talibus circumstantiis jus quæsitum fuerit Petro super Rectoria, de qua agitur, prout in terminis similibus firmavit *Rot. decis. 74. num. 7. & 8. par. 16. recent. decis. 52. num. 7. & 9. coram R. P. D. meo Anfaldo, & in Salernitana jurispatr. 26. Februarii 1714. §. Cum igitur, coram Me; profectò fatendum est, quod si Summo Pontifici hæc omnia fideliter narrata fuissent, vel à concedenda gratia prorogationis abstinuisset, eo quia tanta Principis clementia non patitur, gratias unquam impartiri cum præjudicio juris tertio quæsitum, ut notat *Vivian. de jurepatr. lib. 14. cap. 2. n. 62. & dixit Rot. decis. 551. num. 7. coram Cavaler.* Vel saltè ad id difficilius devenisset, quod sufficiens reputatur, ad hoc ut gratia ob subreptionem nulla dijudicaretur, ad firmata per *Rot. decis. 108. num. 13. & 14. par. 10. & decis. 74. num. 22. & sequ. par. 16. recent.**

Neque minùs patens erat obreptio resultans ab expressione à dictis Patronis

Pars III.

in supplicatione emissa, quod personam idoneam intrâ tempus à jure præfixum eidem præsentare permissum non erat, quando insubstantia mox dictæ assertio- nis ictu oculi evincitur, reflectendo, quod aderat Petrus non solum præsentatus à cæteris Compatronis, sed insuper approbatus ab Ordinario, tamquam pollens omnibus prærogativis ad Parochiam administrandam necessariis. Grati-
10 tia autem sub falso supposito expiscata, cum emanare dicatur citra intentionem Pontificis illam concedentis, nullius efficaciam in judicio censenda est, ut docet *Rota decis. 58. num. 39. coram Arguelles, decis. 296. num. 1. coram Celso, & decis. 25. num. 16. inter impressas ad ornat. Card. de Luca lib. 13. tit. de jurepatr.*

Verùm quatenus etiam per modum
11 hypothese admittatur, quòd gratia prorogationis à decem, & novem ex sæpèdictis vicinis reportata, quidquam in eorum Beneficium esset operatura, adhuc ex alio capite illorum præsentatio in favorem Augustini exarata juribus omnino vacua detegitur, ex defectu videlicet legitimæ ætatis Præsentati vix excedentis de tempore suæ præsentationis annum vigesimumtertium contra literalem, & perspicuam sanctionem Sacri Concilii Tridentini, requirentem, ut qui ad Curam Animarum gerendum est assumendus saltè vigesimumquintum annum attingat ex *ses. 24. cap. 12. & idcirco Præsentato de persona prorsus incapaci ad Beneficium Curatum consequendum habenda est, ac si facta non esset, juxta firmata per *Fagnan. in cap. Cum in cunctis, de elect. num. 31. & seq. to. 1. Barbof. vot. decis. 78. num. 9. lib. 3. Rota decis. 619. n. 7. & 8. par. 19. to. 2. recent. & decis. 52. n. 3. coram R. P. D. meo Anfaldo.**

Quod sanè locum sibi vindicat, etiam si capacitas in Præsentato ex post supervenerit, cum Augustinus jam ad Sacerdotium promotus reperiatur, nam ad differentiam simplicis extrajudicialis nominationis, quando agitur de Præsentatione facta coram Ordinario attenditur præcisè tempus illius, neque suffragatur capacitas, seu habilitas postea superventa, ut latè firmavit *Rota in Frisingen. Canonatus 4. Julii 1694. coram Eminentiss. Priolo, & 18. Aprilis 1695. coram Me.*

D

Po-

Postremò animadvertebant Domini, quod præcisivè ab inspectione respiciente vocum computationem, quam consultò omittendam censuerunt, tamquam ad Causæ decisionem minimè necessariam, semper in omnem casum firmum erat, quod Augustinus numero vocum nequaquam vincebat Petrum; Unde data etiam paritate juremeritò intrabat gratificatio Ordinarii, pro cujus judicio stat omnis præsumptio, eo quia Ecclesiæ sibi commissæ majus bonum unicè spectasse censetur, ut fuit dictum in *Albanen. Archi-*

presbyteratus 29. Januarii 1703. §. Ac propterea, & in Placentina Parochialis 16. Martii 1708. §. Concomitante, coram R. P. D. meo Ansaldo. Proindeque cum hæc faveat Petro tam circa mores, quàm respectu habilitatis multipliciter commendato, concludere oportet, quod illi debita sit institutio, ex traditis per *Barbos. de Episcop. allegat. 72. num. 200. & sequ. Panimoll. decis. 137. num. 2. & sequ. Rota in Melevitana jurispatr. 5. Julii 1697. coram Reverendiss. D. meo Decano.*

Et ita altera &c.

